

14

I. N. j.
ΕΠΤΑΣ THESIMUM THEOLOGICARUM,
DE
KOINΩΝΙΑ ΘΕΙΑΣ ΦΥΣΕΩΣ
PARTICIPATIONE
DIVINÆ NATURÆ
Electis DEI Filiis facta,
ex II. PETRI I. 4.
contra
Hæreticos nostræ in primis ætatis asserta,
atque
IN DISPUTATIONE PUBLICA,
PRÆ SIDE
UNIVERSITATIS WITTENBERGENSIS
h. t.
RECTORE MAGNIFICO,
VIRO Maximè Reverendo, Excellentissimo, Amplissimog.
DN. JOH. ANDR. QVENSTEDT,
SS. Th. Doct. Celeberrimo, Ejusdemq; Professore Publ. insigniter
merito, nec non Elector Alumnorum Ephoro gravissimo,
DN. PATRONO, PRÆCEPTORE AC PROMOTORE SUO
summa animi obsequiose observantia etatem colendo
Pro virili defendenda
ab
AUCTORE RESPONDENTE
M. JOHANNE MICHAELE MERCKELIO;
Argentoratensi,
A. Æ. V. M. DC. LXXXI. Die XI. Martii,
Horis matutinis, in Auditorio Majori.
T 154

WITTEBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, A.T.A. 1702.

KONIGIN FREDERIKE
DARSTELLUNG
VON NATUR
HISTORIE

THEATRUM NATURÆ
DARSTELLUNG

DER HISTORISCHE THEATER
VON NATURÆ

THEATRUM NATURÆ
VON HISTORIE

THEATRUM NATURÆ
VON HISTORIE

THEATRUM NATURÆ
VON HISTORIE

בָּרוּךְ אָמֹן

PRÆFATIO.

Recipit plerique, deplorant pii illam
vesanæ mentis humanae insaniam, quæ
non solum verbis, sed etiam alijs vitæ
institutis pro DEO se gerere non du-
bitavit aliquando mortalium miseri-
mus. Vix quatuor Summa Orbis ter-
rarum Imperia tenuerunt quoddam exor-
dium sumserant, cùm Jovis Beli Saturnique cultus plus
quam herorum invalesceret, rebusque alius vilioribus stulta
Gentilitas Deitatem affingeret. Præter Scripturæ S. ora-
cula, Divorumque Patrum monumenta, ex recentioribus
in primis ed. conferri merentur Gerardus Joannes Vossius,
Joannes Seldenus & Samuel Bochartus; nec non Elias
Schedius, Matthæus Berneggerus, atque iuxagymn. Joh.
Conradus Dannhavverus *Christieid. Act. I. Phenom. I. pag.*
34. Egyptus in primis foedissimum errorem istum desi-
gnavit, ac à remotissimis inde temporibus in superstitiones
siderum, hominum, brutorum, plantarumque cultus fuit
effusissima. Quia & Regum Ægyptiorum crudelissimus
PHARAO, quem plerique cognoverint Ori distinguunt,
omnem æterni Numinis metum mittebat, sequè verò He-
breorum DEO superiori profitebatur, usus blasphemis
vocibus Exod. V. 2. at mox graves luens poenas dirisque-
undis tandem submersus Exod. XIV. 24. Quantò elatus

fastu ex Assyriis SANHERIB, ex Chaldais NEBUCADNE-
ZAR Deum neglexerit contemseritque, quantas item insa-
nz superbiæ poenas uterque dederit, ille cæde inauditâ, hic
furore ac insaniâ, divinis proditum literis est Jes. XXXVII.
36. seq. & Daniel. IV. 26. seq. In altero ex Summis Im-
perio degener Cyri M. filius CAMBYSES, quâm injurius
fuerit in Deos pariter ac homines, tam in verum Judæo-
rum DEum, quâm in facta Ægyptiorum aliorumque Nu-
minis, testis locuples est sacra Esræ IV. 7. seq. ac civilis hi-
storia, apud Herodotum Lib. III. c. 35. & 89. p. 175. 199. atque
Strabonem Geographb. Lib. XVII. p. 157. edit. Lugdun. Ter-
tia, quâm Scriptura S. significat, Monarchiæ Conditor
ALEXANDER M. in sacra Deorumque cultum primùm
propensissimus, mox victoriis de Dario Codomanno ob-
tentis, gnathonum & inprimis Sacerdotum, adulationibus
factus est insolentior, & hominum eâ ætate arrogantissi-
mus. Nomen filii Jovis Hammonis divinosque honores
sibi poscebat, atque ita rerum gestarum famam, dum vole-
bat augere, corrumpebat, uti est apud Q. Curtium Lib. IV.
Cap. VII. n. 30. Diodorum Siculum Lib. XVII. Bibliotb. c.
49. sq. Justinum Lib. XI. c. n. & Plutarchum in Parallel. p.
680. Ex iis quos habuit, Successoribus, inprimis ANTIO-
CHUS EPIPHANES quâm temerè insurrexit adversus
Principem Principum, nullamque Dei curam gesserit, fa-
craz commemorant Literæ Dan. VIII. 25. XI. 37. Nec ta-
cent eisdem insanum vulgi clamorem, ad ingenium HE-
RODIS AGRIPPÆ & cum ejus desiderio factum; sed con-
festim & severè punitur Act. XII. 22. 23. Nam & postre-
num inter quatuor Summa Imperium Romanorum Deos
quosdam tulit; quorum suò, si quod fuit, judiciò primus
erat C. CALIGULA, proles pessima optimi Parentis
C. Germanici. Ista Reip. nutrix non fortè ex epilepsia
morbo,

morbo, sed intolerabili animi fastu, Deorum Dearumque
habitum sibi assumens, pro Deo vero ubivis coli voluit
victimas sibi, ut Numini offerri, & Templo Hierosolymitanu-
mimaginem suam inferri præcepit, teste Josepho Lib.
XVIII. A. J. c. u. XIX. c. I. II. B. J. c. 9. Philone de Legat. ad
Cajum, Svetonio in Calig. c. 22. & 52. Tacitõ Lib. V. His. c.
95. Ejus institutum sequebatur FLAVIUS DOMITIA-
NUS: non solum enim Romanorum primus & Dominum
& Deum se scripto & sermone appellari, sed & paternis æ-
dibus in templum commutatis, non nisi aureas argenteas-
que statuas, & certi quidem ponderis sibi boni jussit, uti
autor est Svetonius in Domit. c. 13. cui Dio, Xiphilinus, Eu-
tropius aliquique adstipulantur. Ac ne virorum tantum in
Republica Principum deliria isthac existimemus, subjunge-
mus his duos arte medicâ, tum parum exultâ, nobiles:
quorum primus MENECRATES gestiebat populari adu-
litione appellari Jupiter Decorum Summus, ob morbos
quosdam desperatos, quorum curationes ipsi feliciter ces-
serant. In literis ad Agesilaum, Spartanorum Regem, da-
tis non verebatur eâ uti salutatione: Menecrates Jupiter
Agesilao Regi salutem. Verum Agesilaus eô offendus, ni-
hil præterea legere dignabatur, in hunc modum rescribens:
Rex Agesilaus Menecrati (non χαιρετινην salutem, sed ωχαιρετινην)
mentis sanitatem, uti est apud Ælianum Lib. XII. & Plutar-
chum in Apophthegmatibus. Nihilominus fiducia simili-
um de graviter decumbentibus meritorum inflatus EM-
PEDOCLES Agrigentinus Philosophus atque Medicus, pro
Numine & haberi & adorari voluit, juxta Alexandr. ab A-
lex. Lib. VI. c. 4. Sed vel hic turpissimè exitu suo monstra-
re poterat, quam stolida sit affectata Deitatis gloria: ut e-
nim in Deorum numerum videretur assertus, Ætnam
insiliitz non, quam desiderabat, immortalis DEI gloriam,

sed sempiternam apud recte pieque sentientes ignominiam
consecutus. Vespasianus certè Antecessores suos, servi
Romanorum ingenio ac adulandi libidine Divis adscriptis,
etiam sub vita finem falsè ridebat, de quo Svetonius in
Vesp. c. 23. Dio aliisque. Nero etiam illam Romanorum
dignitatem, atque Claudiū Imperatorem, ejusque dñm
sugillabat, DEUM eū boleti medicati factum di-
ctans; Sveton. in *Claud.* c. 33. Tacitus lib. XII. Annal. c. 69.
Neque diversum ab his sentiebat Tiberius, accerrimè eos
increpans, qui divinas occupationes ejus, ipsumque Do-
minum dixerant, de quo Tacitus lib. XI. Annal. circa finem.
Präverat Tiberio Octavianus Augustus, ut homo appella-
tionem Domini, ex joco pariter ac serio factam, declinans,
& severò edictō graviter prohibens testimonīo Pauli Ora-
fi Lib. VI. Histor. c. ult. Funestum Domitianī & Caligu-
la exitum omnes sciunt; neque horrendus Antiochi Epi-
phanis interitus potest esse obscurus, per ea quæ i. Maccab.
VI. 16. apud Josephum Lib. XII. A. J. c. 13. atque alios passim
habentur. Alexandrum M. verò in ruborem dedit vel
vulneris accepti crux, atque minister ille Anaxarchus Eu-
demonicus. Hic enim cum Alexandro M. iter aliquando
faciens, cum subito tonuisse, dicebat; nunquid tu hoc fe-
cisti, ò fili Jovis? uti recenset Athenaeus Δευτος Φ. Lib. VI.
c. 13. Præterea cùm Alexandro ægrotanti Medicus sorbi-
tionem fieri imperasset, ridens Anaxarchus: An nostro
DEO, inquietabat, in cochlearis sorbitione spes sita est?
Cambyses verò propriè sui gladii, vaginā cùm eqvum conser-
deret excusso, vulneratus horrendos animi cruciatu
moriens sensit, ac sempiternos subiit infelicissimè, cum su-
perborum Principe. Neque tantum infelix δρογέων, sed
& quorundam jactata cum Deo nimia familiaritas ac in-
timior conjunctio est deploranda. Non est, ut prolixè
expo-

exponam, quos cum Dea congressus Numia Pompilius si-
mulârit; quomodo ēḡasēlūnθ̄ Sibyllæ, Sacerdotes, aliquæ
Gentiles amicum cum Deo commercium jactarint: qui
Poëtae divinos raptus & afflatus ubique creperint; Singuli e-
nim isti jam āπωλεῖται, n̄ ēdēt m̄t πλάνη autān ēt iānīs δο-
λαμβάνονται. In ipso Christi coeti, atque Ecclesia, quon-
dam sanctissima, Romæ à multis retrò leculis hodienum
est ὁ ἀνθρώπος τῆς ἀμαλλίας, ὁ οὐρανὸς ἀπωλεῖται, ὁ ἀνυκέπλος
ἡγεμόνης τοῦ πατρὸς τοῦ λεγόμενον Γεῖτον ἢ σέβασται,
οὐ διτὸν εἰς τὸν ναὸν τὸν Ἰησοῦν καθίσαι, δαδεκινύνται ἡτοῖς,
οὐκ ἐστὶ Ἰησός. Ista vivam PONTIFICIS ROMANI imaginem
exprimere, temporum testis historia docet. Nec ipsum
Jus Canonicum tacet C. Satis dist. 96. quem Canonem di-
ligenter inculcat Augustinus Steuchus Lib. II. de donatione
Constantini p. 277. (al. 141.) Audis, inquiens, Summum Pon-
tificem à Constantino Deum appellatum, habitum pro Deo.
Hoc videlicet factum est, cum eum preclarò illò edictò decor-
ravit, uti DELL M., uti Christi & Petri Successorem, divinos
honores ei, quoad ejus potuit, contulit, velut vivam Christi i-
maginem veneratus est. Quod non tantum nomen, sed &
honorem DEI, omnipotentiam, omniscientiam, infinita-
tem, arbitrii libertatem summam, judicique facultatem
maximam & alia DEI attributa Episcopo Romano tribuant
sui, luculenter confirmavit B. D. Gerhardus Confess. Catb.
Lib. II. P. 1. Art. III. cap. VI. p. 599. a. edit. noviss. Conferatur
eo in primis Dn. D. Siricius pecul. Tract. de Idolo Papali A.C.
1664. Gieſſe edito; nec non Celeberrimus quondam Ar-
gentoratensis Theologus in his excellenter versatus B.
D. Dorscheus Hodeg. Catbol. p. 115. Addatur Mornæus de
Ecclesia cap. VIII. p. 188. sq. & Povelus de Anti-Christo lib.
I. cap. IX. Quin uti omni, etiam heroico, seculo, ita vel
maxime nostra aetate postremâ, ac velut mundi senectute,
atque

atque gravissimorum scelerum sentina, deprehenduntur
turbae hæreticorum, qui diversis usi perversionibus nimiam
divinitatis gloriam affectant, sed Φάσοντες ἐναγ. σφόδρα, ἐμω-
ράνθησαν. Quin & non pauci eorum, qui orthodoxam,
ceteroquin fidei doctrinam profitentur, tantum simulant,
& sibi pariter ac aliis pessimè persvadent, se arctissimo fidei
nexu & intimiori affectu cum Christo & SS. Trinitate,
conjunctos esse; cum tamen uti verâ salvificâq; fide, sic et-
iam operibus verè bonis, inde proficiunt solitis, & in primis
lætissimis, qui non nisi in possessores redundant, fructibus
omnino destituantur. In gratiam horum brevibus qui-
busdam propositionibus sententiam Scripturæ divinioris,
Doctorumque Ecclesie, Antiquorum simul ac Recentio-
rum, orthodoxam de vera Participatione Divina Naturæ
afferemus in medium: asserta solidis Scripturæ funda-
mentis confirmabimus: & tandem opiniones contradicen-
tium erroneous pro virili confutabimus. Supplices autem
veneramur & spiriis intimis invocamus DEUM Patrem,
Domini nostri Iesu Christi, ἵνα διηγήσῃ μαζῇ τὸν πλέον τῆς
δόξης αὐτῷ, δυνάμει περιτανθῆσαι Διὸς τὸ πνεύματος αὐτὸς εἰς
τὸν ἑστὸν ἀνθρώπων, κατοικήσων τὸν χριστὸν Διὸν τῆς πίστεως ὃν ταῖς
καρδίαις ἡμῶν, ἐν ἀρχῇ ἐρρίζουμενοι καὶ πρεμελαθμόνει, ἵνα ἐξη-
χύσουμεν παταλαβέσθαι σὸν πάτερ τῆς ἀγίοις, τὸ πλάτος καὶ
μῆκος, καὶ βαθος, καὶ ὑψος, γνῶνται τὸν ὑπερβαθμόν τῆς
γνώστως ἀρχῶν τὸ χριστόν, ἵνα πληξωθῶμεν εἰς πάν τὸ πλήσιμα
τὸ θεόν.

* * * * *

THESIS I.

Participatio Divinæ Naturæ, per & propter unio-
nen mysticam atque spiritualem, infert ipsius sub-
stantiæ divinæ specialem, arctiorem & gratiosam ad
fide-

fidelium substantiam accessum, divinorum & donorum excellentissimorum, in Verbo & Sacramentis divinitus atque liberalissime collatorum, possessionem felicissimam, eorundemque laetissimam ac saluberrimam usurpationem. Resultat ac elucet inde divinæ bonitatis ac felicitatis quædam imago, inchoativè per gratiam, consummativè per gloriam dilectis Dei filiis restituenda. Datur igitur & in præsenti gratiæ regno apud verè credentes, divinæ naturæ participes, non tantum accidentalis sive extrassentialis quædam analogia & conformitas sapientie, sanctitatis, justitiae & puritatis inchoatae, cum sapientia, sanctitate, justitia & puritate DEI infinita; sed etiam vera substantia electorum DEI filiorum cum divina substantia unio, atque honorum planè singularium in fide & ~~co~~ communio spiritualis.

§. I.

Titum Flavium Clementem Alexandrinum i.e.g. à deo
ηὴ πολυτελέα ἀπάντις δοκείναι jure meritoque di-
xit D. Theodoretus. Præclarè omnino, si quisquam alias,
de genuino Scripturæ S. sensu ritè investigando, judicat
σφαιρικὸς iste Clemens Alex. σφαιρικὸς Lib. VI. Καὶ οἱ ἐκ-
κλησιαῖς η̄ συνώδια καὶ η̄ σημφωνία νόμος τὸ καὶ τοφεῖται τῷ
κατὰ τὸν τὸν καρχίθη παρεγνωστὸν θεοδίδωμένην Διαθήκην. Itaque (ut
Idem Lib. VII. σφαιρ. præscribit) exponenda est Scriptura ὡς
τὸ σῶμα καὶ τὸ ψ. τὸ τοφεῖται τοφεῖται : conser-
vandum, quid vocibus significetur, non nudis verbis inheren-
dum, quod faciunt heretici, εἰνῆ Φελῆ δοκεώμενοι τῇ Λέξῃ.
Non transferenda significata; perpendendum, quid Domino
& omnipotenti DEO perfectè conveniat & eum deceat; Scri-
ptura denique ex ipsis rursus similibus Scripturis demon-
strans.

B

strandae sunt. Contra Iudei, Ebnici, heretici utuntur etiam Scripturis, πεπτον ωρι επάνωι, ἐπειπα επικείμεις, οὐδὲ εἰς τὸ σώμα καὶ τὸ θόρυβο τῆς περιφερείας ὑπερσύγχρονος τὸ ἀμφιβόλος εἰπομένα, εἰς τὸν ιδιαίτερον περιγένετο δέξας, εἰδίχας περιεργῶν ἀπαντήσωμεν Θωράκης. εἰ τὸ σημαντέρον απ' αὐτῶν ποπέντε, αὐτὸν διεύθη φαλῆρον περιεργάμενοι τῷ λέξει. Quem locum suppeditavit mihi patria Argentoratenfis Academiz atque Ecclesia Decus immortale & μεγάλην αἰδηπογένειαν αιγαῖας, νῦν εἰς ἀγίους Dannhavverus Dramat. S. Att. i. Phænom. VIII. p. 332. Cum quo hic conferri meretur in βασις τῶν δέσμων, Βιβλιοθ. τῶν ἐπινόων Dn. D. Bebelius *Antiquis. Eccles. Evang. Sect. III. p. 469.* qui vivus fruitur gloriā posteritatis. Est verò illa Clementis Alex. sententia, præsenti instituto convenientissima: nam in eo argumen-
to & posterioris falsi criminis optimè jure rei peraguntur nostra ætatis heretici; & moniti prioris saluberrimi cu-
stodes observantissimi sunt orthodoxi. Horum vestigiis insistentes, primum contemplabimur, quid exactissimè sibi consentiens corpus & contextus prophetæ dicitur; quo-
modo antecedentia facem præferant verbis nostris; iis-
demque ceu firmè nitantur fundamenta ea, quæ sequn-
tur. Præmisserat D. Petrus, more in Epistolis, etiam Spi-
ritus S. Amanuensibus, receptō, exordii loco *Inscriptionem,*
Anteceden-
tium.
1. cum textu
Collatio.
εξεργάσια sive *Abortionem* ad ea, quæ jam acceperant, be-
neficia & promissa prorsus magnifica, sollicitè custodienda,
siveque perseveranti retinenda, ut vita sanctæ studium
prævæque concupiscentia fuga elucescat. *Maxima illa*,
2. Partitio. promissa & pretiosissima beneficia fidelibus jam collata
describit S. Apostolus primum quoad originem, quod cau-
sa suf-

sa sufficiens principalis sit divina virtus; Deinde addit me-
dium, quod causa efficiens instrumentalis sit DEI cùm vo-
catio, tūm salutaris cognitio. Tum ad ipsa beneficia pro-
greditur & docet, quod objectum vel materia veluti ex
qua sit ipsa DEI vocatio gratiosa, cognitio sive fides salvifi-
ca, promissorum maximorum donatio, ipsiusque divinæ
naturæ participatio. Quibus postremo subjungit fru-
ctum, & urget quod finis & effectus tantorum beneficio-
rum sit vita & pietas sedulè colenda, corruptæ & monda-
næ concupiscentiæ fuga celeriter & continuo arripienda;
ut in variis variarum virtutum speciminibus vera illa ac
iunctiæ fides conspicua reddatur.

S. 2. Ex vero dixit D. Hieronymus Epist. ad Pauli-
num Tom. IV. Oper. f. 4. a. Jacobus, Petrus, Joannes, Judas
septem Epistolæ ediderunt tunc mysticas, quam succinctas, &
breves pariter & longas: breves in verbis, longas in senten-
tia: ut rarus sit, qui non in earum cœrætia lectione. Da-
cumentum hujus in textis nostri expositione, ex Pontificiis
dedit Jesuitarum, Scripturæ Interpretum, facile Princeps
Joannes Lorinus. Cùm enim suorum quatuor diversas
hujus loci expositiones recitasset Com. in Epist. Cathol. p. 132.
a. ingenuè satetur: Non facile dixerim, quis ex his melior
sensus. Quem ducem eodem successu sequitur ex Calvi-
nianis Celeberrimus Librorum N. T. Didascalicorum In-
terpres Jacobus Laurentius Com. in II. Petr. pag. 15. in-
quiens: Construetio tota ista intricata ac difficultis, ut non fa-
cile dixeris, quis verus sit intellectus. Id quod multiplex &
varia Interpretum tum verso, tum expositio luculententer o-
ffendit. Contendamus igitur eo majori nisu, ut ferven-
tiorum precum aliorumque interpretandi remediorum,
adminicculo nsi, ad consortium Apostolici Spiritus dedu-
camur, & D. Petri dictum, non alio quam ipse locutus est

sensu, apprehendamus. Difficultates autem ab Interpretibus objectas ut Divini Spiritus ductu facilius superare licet, singulorum Petri verborum contemplationem justo ordine primum instituimus. Vocabulum *ac* *equipollent* hic Conjunctioni ordinativæ *ēpi* *postquam*, *posteaquam*, *cum*, nachdem: postquam tanta à Deo accepimus beneficia, ordo officiumque nostrum requirit, ut nos vicissim omne studium in id conferamus, quod fidei virtutes omnigenas adjiciamus. Hunc sensum textus series ipsaque res postulat; analogia linguae & Scripturae S. etiam admittit: nam *ac* *sæpe* in N. T. notat postquam, quum, uti ex Luc. I. 12. 44. II. 15. IV. 25. V. 4. Act. XXVI. 1. aliisque locis constat. Huic sententiæ proxime accedunt, qui *ac* hic inferendi vim habere dicunt, & per conjunctionem causalem *sequi* *dem* reddit, h. m. siquidem tanta dona nobis sunt collata eum in finem, ut in fide memoratas virtutes exhibeamus.

3. Est qui utramque conjunctionem istam simul adhibet, reddendo *ac* per quippe causalem, & subintelligendo *quum*.

4. ordinativam conjunctionem, hoc sensu: Quippe cum divina potentia nobis sit largita tanta, Paulò aliter non nemo *ac* per quandoquidem causalem ita explicat, ut superioris sententiæ causam reddit & cum salutatione ista connectat, hac ratione: Agnitus illa sive Notitia Dei est magnificienda: quandoquidem per eam divina potentia largiatur omnia. Cæterum alioquin *ac* interdum idem esse cum causali *en quod*, vel ex Rom. I. 9. & vocum *ac* *ādiālēmō* Syriaca interpretatione patet. Neque obscurum esse potest, interdum *ac* pro *רִשְׁתָה* *ac* vel *דַּו* quare, quapropter, *itaque*, igitur poni, & illativam sive rationalem esse Hebr. III. II. & IV. 3, de quo tamen praे reliquis conferri meretur Magnificus ac Summè Reve-

Reverendus Dn. D. Sebast. Schmidt, Praeceptor, Patronus & Studiorum meorum Promotor sempiternò pietatis cultu prosequendus, Comm. in h. l. p. 350. Quin & sàpissimè etiam suum inter Adverbia locum tuerit: & de tempore quidem indefinito adhibitum, satisfacit pro quando, si quando, cùm Luc. III. 23. XX. 37. aut dum, tamdiu Galat. VI. 10. Ut Adverbium quantitatis vel remittendi & æquipollit Latinorum circiter, fermè, propè Johan. I. 40. omnium frequentissimè autem per adverbia similitudinis exprimitur. Sed magnâ cautione hic opus est, ne distinctissima pro iisdem habeamus: sàpè enim & est indubitate certitudinis, valetque idem, quod àm utpote, cœu, nempe, tanquam; neque tam comparativa sive similitudinis, quam determinativa rei & veritatis particula dici metetur. In quam rem præter loca, à Glasio Philol. Lib. III. p. 507. Da. D. Seb. Schmidt l. c. p. 325. & 649. & Althofero H. E. p. 1222. adducta conferri poterunt loca Luc. XVI. 1. 1. Cor. IV. 18. 2. Cor. IX. 5. Eph. V. 8. Jac. II. 12. Interdum nullam certitudinem, sed solam similitudinem circa tamen ὡραῖον, aut, ἥμερον, designat, idemque est quod ἥμερος quasi, velut, uti, Matth. VI. 12. Luc. VIII. 42. Act. I. 15. XVII. 14. Rom. X. 32. 2. Petr. II. 1. Nonnunquam similitudinem maximam & ferè æqualitatem insert, & rectè redditur agè ac, perinde ac, Philem. vers. 17. ubi paria indicat. In integra similitudine explicata notat quemadmodum, quomodo, sicut, ita, similiter, perinde: quia tam ὡραῖοι Jes. LIII. 7. Act. VIII. 32. XXIII. II. 1. Cor. VII. 17. IX. 26. 2. Cor. VII. 14. XI. 3. 1. Thes. V. 2. quam ἥμεροι Rom. V. 15. 16. 18. 1. Theff. II. 8. Jacobi I. 10. II. inservit: illie ἥμεροι vel ἥμεροι sequitur; hic præcedit: illic & ὡραῖοι præmissum; hic ἥμεροι redditivum dicitur, & præter spiritum, uti & in fine periodi, acutum accipit, ut εἰπάται. Nonnunquam

quam etiam *as* ponitur pro *māc*, adeoque extra similitudinem etiam significat quomodo Luc. XXII. 55. An hanc vocem in reddendo Petri loco recte adhibuerint *et ceteros* Translationem atque *exadiuvenſis* textūs & expositionis nostrā infra monstrabit.

et cetera.

§. 3. Quā sequitur vox *πάντα* hic non adeò controversa est: facilè enim patet, quod universalitatem quidem donorum designet, sed restrictam ad *τὰ πάντα τῶν οὐρανῶν εὐόσθια*. Quapropter hic restrictè vel præcisè, non collectivè, nequè distributivè sumitur: quod discrimen alias accuratè tradit Magnificus atque Maximè Reverendus Dn. D. Præses, Præceptor ac Studiorum meorum Promotor omni observantia jugiter colendus Exerc. VI. de Scriptura Tbes. I. Fund. I. p. m. 90. Addatur B. Claffius Philol. Lib. V. p. 435. 437. C. 454. (al. 1360, 1362. 1374.) Atque B. Erasmus Schmidius in N. T. in primis ad Matth. XIX. 3. p. m. 265. a. sq. prolixè. Vocabulō *καὶ* D. Petrus amplitudinem subjecti, beneficij affecti, & communitatē donorum eorundem inculcat. Hac enim à secunda ad primam personam ejusdem numeri transgressionē monstrat, seipsum, reliquos Apostolos & fidèles eorundem donorum esse participes, quorum recens conversi, ad quos scribebat. Deinde eleganter admodum inter *πάντα* & *τὰ πάντα δυνάμεως* inseruntur, est *καὶ*: sic enim perspicue docetur, vocem *πάντα* non regere *τὰ δυνάμεως*, sed potius regi à verbo δέδαξημόν *τ. m.* *τὰ πάντα δυνάμεως* *τίτλος δέδαξημόν* *καὶ πάντα*, *τὰ πάντα τῶν οὐρανῶν εὐόσθια*, ejargiente, vel cum largiatur divina ejus potentia nobis omnia, ad vitam & pietatem necessaria. Est vero *η̄ θεῖα δύναμις* hic speciatim infinita illius potentiae (quā DÉUS per æternam essentia suę actuositatem omne possibile, quod fieri voluit & cognovit, independenter ac liberimè facere potest) actus peculiaris; quem post creationem

tionem & conservationem Universi, tertium constituant,
& concursum vocant Doctores. Neque quivis omnipotens
DEI concursus cum causis secundis hic intelligitur,
sed specialis ac gratiosus ille cum causis liberis, hominibus
nimis, tam irregenitum Rom. I. 19. quam in primis cum
renatis, aut ad regenerationem tendentibus. His enim
DEUS potentissimus idemque benignissimus per verbi præ-
dicationem, auscultationem, lectionem & meditationem
confert gratiosissime vires verbo insitas. Ista vero conspi-
cuntur in gratiola intellectus illuminatione, voluntatis
& affectuum purificatione & sanctificatione, fidei vivæ atque
salvificæ, charitatis sinceræ, spei perseverantis aliorumque
nobilissimorum effectuum productione Phil. II. 13. Quæ
singula sane sunt non humanæ aut angelicæ potentia ope-
ra, sed Dei per verbum; sive ut D. Petrus loquitur, τὸς γῆ-
ς δύναμες, δύνατον μὲν, ἐργάζεσθαι καὶ χαρέσθαι. Cū
vero δύναμις, εἰχοι & εἴσαι in Deo, si rem ipsam spe-
mus, sint τὸν: inde potest admitti, per τὴν δύναμιν indi-
cari hic ipsam integrum Dei essentiam & naturam, ab at-
tributo tantum potentia ἐργάζεσθαι denominatam. Ideo
autem potissimum à potentia hic denominari voluit divi-
na essentia: quia pra reliquis Dei attributis, ἐργάζεσθαι pa-
riter ac ἀνεργάτως, ut in prima omnium rerum produc-
ctione & mortuorum resuscitatione Rom. IV. 17. ita etiam
in spirituali regeneratione elucet Dei potentia. Ita enim
eum Formula Concordia Epit. Artic. II. de L. A. p. 579. cre-
dimus, docemus, & confitemur: Quantum abesse, ut cor-
pus mortuum seipsum vivificare, atque sibi ipsi corporalem vi-
tam restituere posse, tantum abesse, ut homo, qui rationes
peccati spiritualiter mortuus est, seipsum in vitam spiritua-
lem reducandi ullam facultatem habeat; sicut scriptum est;
Ephes. II. 5. 2. Corinth. III. 5. Ea gratiae infinita opera præ-
stat,

stat, atque omnimodum hominis irregeniti defectum perfectissimā operatione suā supplet *h̄ęia d̄vrauic̄ aīrd*. Pronomen istud *aīrd* optimē refertur ad immediatē præcedens nomen *in̄s̄*, *z̄ kuej̄s̄ h̄uār̄*; consentiente etiam ex Calvinianis Jacobo Laurentio Comm. ad h. l. p. 15. Quapropter inde licet petere argumentum non tantūm æternæ Deitatis filii, contra antiquiores & recentiores Arianos; sed etiam majestatis divina Christo, ut homini, competentis, contra antiquos & modernos *z̄c̄omuāx̄c̄*, in primis Jesuitas & Calvinianos. Nam *in̄s̄* atque *z̄s̄īz̄*, *z̄ d̄vrauic̄* *Φ̄negez̄ v̄oētaj̄*: & Christo, etiam ut homini, hic tribuitur *h̄ęia d̄vrauic̄*: igitur cadit fictum Calvinianorum discrimen inter divinam *z̄c̄ia* & *d̄vrauic̄*; quod ex instituto, more suo solidissime profligavit Magnificus & Summè Reverendus D. Calowius, Theologorum nostra ætate Celeberrimus, &, de Ecclesiæ Orthodoxæ *z̄n̄c̄īw̄* Lutherana salute, scriptis ferè polemicis magnopere sollicitus, Dn. Præceptor atque Patronus meus, piissimò animi obsequiō ætatem collendus, Examine doctr. publ. Reformatorum de Persona Christi p. 317. & 493. seq. Tom. I. Bibl. Illust. N. T. pag. 475. atque B. Affelmannus Part. I. Synt. Theol. p. 132, 163, 276. nec non B. Erasmus Schmidius in N. T. p. 378. 4. seq. Neque repugnat seriei textū, si vocem *aīrd* referamus ad nomen *耶穌*, quod cum voce *in̄s̄* proximè cohæret, & vel *z̄c̄un̄z̄* DEum Patrem, vel *z̄oād̄w̄* totam SS. Trinitatem notare potest. Non enim solum Pater & Filius unum sunt Joh. X. 30. i. Joh. V. 7. sed etiam unum eodem modo operantur Joh. V. 19, nimirum in operibus ad extra, immarentibus & emanentibus essentialibus, quæ indivisa, sive omnibus tribus personis ex æquo communia servato tamen personarum ordine. Confer ad Augustinianæ hujus regulæ genuinum sensum ac multiplicem usum Theologorum

rum Opt. Maximum ac verè Theandrum B. Lutherum Tom.
VIII. Jen. p. 164. nec non alterum Martinum, Chemnitium
Part. I. LL. CC. de DEO cap. 4. p. m. 96. seq. ac utriusque iuxta
ψηφον B. Gerhardum Exeg. Loci IV. §. 103. p. 437. a.

§. 4. A Datore benignissimo, ad insignia, quæ liberaliter communicavit, dona, progedimus. Vocab ea D. Petrus τὸν ἀγαθὸν καὶ ἐυσέβειαν. Pro ζωὴν in quibusdam Codd. legi εἰρήνην, testatur Robertus Stephanus: cūm verò omnes reliqui Codd. Græci & antiquissima Translatio Syriaca habeant vitam, eamque contextus optimè admittat; jure merito cum Græcis Latinisque Patribus aliisque recentioribus Interpp. vocem ζωὴν præferimus. Quà sensum facile patet, vocem generaliorem πάτερα hisce restringi ad certa benignitatis div. dona, atque ad articulum τὸν subintelligendi οὐτὸν η̄ πατέρες ea omnia, quæ ad vitam & pie-
tatem inchoandam, constituendam, consequendam, conser-
vandam, amplificandam pertinent, faciunt, utilia aut ne-
cessaria sunt. Intelligitur autem vita hujus & alterius se-
culi, gratia & gloriæ spiritualis & coelestis, ex, in & cum
Deo atque Christo, hic & nunc per fidem & spem in οὐ-
τόσει, illic & tunc per charitatem & rem in incessante
καταπέλτῃ felicissimâque ζήσει. Vitam spiritualem & gratiæ Joh. III. 30. V. 24. Gal. II. 20. Eph. IV. 18. Hebr. VI. 4. hic intelligi, inde confirmatur: quia dona hæc sunt fidelium propria vers. 1. & verè, licet inchoative, per salutarem cognitionem vocantis & regenerantis obtinuntur v. 3. ut fi-
deles jam sint beati & reverè participes divinæ naturæ v. 4. Quia verò gratia ista debet πληγυνῆναι v. 2. neque essentiale discriberetur inter vitam spiritualem & æternam sa-
lutem, sed hæc potius illius immediatum consequens & ul-
timum complementum, atque unica electorum Dei filio-
rum meta est: igitur recte hic simul includi dicitur. Et

C

quid

quid aliud querit illa salutaris Dei cognitio v. 3. quid aliud
volunt illa μέντη καὶ πίστις ἐπαγγέλματα v. 4. Cur hīc tan-
tūm & non potius simul in æternum gauderemus esse di-
vinæ naturæ participes? Cum autem vita spiritualis hīc
partim sit interna sive abscondita in Christo Coloss. III. 3.
Rom. VI. 12. 2. Cor. V. 15. DEO Gal. II. 29. Hebr. IX. 14. XII.
9. Spiritu Galat. V. 25. per fidem Rom. I. 17. Galat. II. 20.
III. 11. Hebr. X. 28. partim sit extrinsecus conspicua in Spi-
ritus S. fructibus ac omnigenis virtutibus Matth. V. 16. Rom.
VI. 4. 13. Galat. V. 6. ideo rectè à genere ad speciem pro-
greditur D. Petrus, & voce ἐνθεῖαι urget nobilissimum vi-
tae spiritualis internæ fructum & effectum, nempe conti-
nuum vitæ piaæ ac sanctæ studium, in religioso DEL cultu,
vera ac sincera erga Deum & homines charitate conspicu-
um. Num vocis ἐνθεῖαι sensum & usum pluribus accu-
rately demonstrat B. Gerhardus in auro contra chariori Scho-
la Pietatis prefat. p. 1. seq. prolixè.

§. 5. Fortuna sive Modus acquirendi ac conservandi
tanta beneficia describitur tam quā divinam δόσιν give
donationem gratuitam, quam quā hominum λῆπτιν, quæ non
est nisi vera fides ab actu formalī & objecto generali suo
descripta. Divina potentia dicitur διδωκενσύνη donans, lar-
giens; et si enim vox ista in Διθύραι passiva sit, significatio-
nem tamen activam hic & alias in N. T. habet Marc. XV.
45. 2. Petr. I. 4. Non aliter atque in illo Nili; πάντας σὺ
πειραγμάτων κατανοεῖς μέρη, ἐπίδειξα μετέβολην cùm omnia tibi
prosperè succedunt, expecta mutationem. Conf. hic B. Er-
asmus Schmidius in N. T. p. 1376. b. D. Glassius Philol. Lib.
III. Tr. III. Can. 24. p. 307. (598.) & Vechnerus Hellenolex
Lib. I. cap. VIII. p. 54. quorum ille ex sacris, hic ex profa-
nis autoribus, græcis & latinis, pluribus probant similem
passivorum usurpationem. Significat autem δωρεῶν idem
quod

quod *χαρίσουαι*, gratis, sine pretio, merito, prævio aut se-
cuto, largior Geschenks weis/ ohn Verdienst und Ent-
geld mittheilen. Conf. cum Jes. LII, 5. loca Matth. X, 8.
Rom. III, 24. 2. Cor. XI, 7. 2. Thess. III, 8. Apoc. XXI, 6.
XXII, 17. Quapropter etiam hic divina virtus omnia ad
vitam & pietatem necessaria διδωνται, gratitudo ex sola ac
mera gratia gratuitaque favore, qui in Christi merito fun-
datur, donat & largitur nobis, atque quæ causam efficien-
tem meritorum justitiae & salutis æternæ ex parte nostri
penitus excludit omne omnino hominum meritum.

§. 6. Neque tamen trunci aut lapidis instar se habet
homo, sed donum divinitus oblatum, gratia divina instru-
ctus recipit Αγάπης θηράστως τε καλέσαντος Θεούς Αγαπής δόξης
καὶ δέσμου. Vox Αγαπή hinc primariam sui significationem Per
retinet, & cum Genitivo de causa efficiente instrumentalis ad-
hibetur. Est enim θηράστης ista salutare medium, quod fi-
deles DEUM in Christo sibi gratiosum cognoscunt, deside-
rant, amplectuntur, diligunt, omnemque cordis fiduciam
& delectationem in eo solo ponunt. Non enim nudam
tantum notitiam, sed cognitionem diligentem cum affe-
ctu & effectu, cum fiducia & dilectione sincera conjunctam,
adeoque cognitionem fiducialem, & unde verbo veram si-
dem hic & alibi notaθ θηράστης Rom. I, 28. Ephes. I, 17.
IV, 13. Philip. I, 9. Colos. I, 10. III, 10. Philem. vers. 6.
2. Petr. I, 2. 8. II, 20. Idem infert verbum θηράστης
Marc. VI, 33. Colos. I, 6. immo & simplex γαλάκτειν Joh. X.
14. 27. XIII, 18. 1. Corinth. III, 20. 2. Timoth. II, 19. 1.
Joh. III, 1. nec non γαλακτεῖν Rom. III, 20. X, 2. 2. Petr. III, 8.
Phil. III, 8. quod conf. in primis Magnif. Dn. D. Seb. Schmidt
Colleg. Bibl. Postcr. Loc. XI, Dict. II, §, 16. p. 220. Alias
γαλάκτειν & θηράστης ab invicem differre, ex Theophylacto,
Kirchero, & cum Grotio monstrat Dn. D. Calvius Tom.

τὸν καλέσ-
σαι τὸν

- I. Bibl. N. T. p. 18. b. Tom. II. p. 381. a. Idem ex Scriptura docet Magnif. Dn. D. Praes Exerc. de Scriptura disp. 2. th. 3. p. 27. & 176. atque B. Erasmus Schmidius in N. T. f. 585. a. 1087. b. prolixissime. Objectum fidelis & salutaris θηρασίας proprium & speciale est DEUS gratiosè propter Christum absolvens peccatorem, iustificans æternumque salvans, uti Matth. IX. 2. Joh. III. 16. Act. X. 43. Rom. III. 24. 25. IV. 24. 25. ac alibi sæpiissimè docemur. Hic objectum fidei commune ac generalius tradit D. Petrus, gratiosam Dei vocationem ad gloriam inculcans. Tribuitur autem DEO alias καλέω in potentissima & copiosissima rerum sive omnium & prima Rom. IV. 17. sive quarundam & primam insecura productione Jes. XLVIII. 13. Ezech. XXXVI. 29. Nam tam in conservatione quam creatione Universi hujus DEUS non verba sed res loquitur, efficaciter pronunciat, jubet ut non-ens, sit, adsit, illudque potentia suā in copia advocat, accersit, atque adducit, ut λεχθῇ sit περιχθῇ Psal. XXXIII. 9. Conf. B. Glass. Philol. S. Lib. III. Tr. III. can. 16. 2. p. 275. (575.) Sigillatim in regno gratiae καλέσαι de DEO atque Christo adhibitum, notat extra vel juxta ordinem ad officium in Ecclesia gerendum aliquem ablegare, donisque ministrantibus instruere Matth. IX. 13. Marc. I. 20. 1. Cor. VII. 7. 20. 21. 22. 24. Galat. I. 15. Hebr. V. 4. Sapissime autem καλέω adhibetur de vocatione DEI ad regnum gratiae & gloriae, ad percipienda sanctificationis dona, & bona æternæ vita perfruenda. Est autem ea Dei vocatio gemina, primum generalis & simplex omnium omnino hominum à DEO ex gratia & quam vocant, beneplaciti voluntate, serio & efficaciter facta. Modus hujus vocationis patet primum ex utraque ἐνθύμῳ καὶ ἐπικτήπῳ DEI notitia naturali Act. XVII. 27. deinde ex generali & confusa cognitione cœtus Ecclesiastici ac rationis salutem consequendi 1. Reg. X. I.

X. 1. Rom. I. 8. 1. Thess. I. 8. ac denique ex solenni vocatio-
ne, ministerio Propheterum & Apostolorum facta, de qua
Magnif. Dn. D. Calovius Tom. I. Bibl. N. T. p. 377. b. Altera 4.
DEI vocatio dicitur specialis & conjuncta, ubi DEUS ex
gratia & serio non tantum homines ad salutem ejusque
media vocat, sed & effectivè, sive cum eo successu & effe-
ctu, ut homines DEO vocanti obtemperent, ac in Ecclesia
compareant obedientiā quidem verā, sed tamen partim
temporali, partim finali 2. Tim. I. 9. Atque ita vocatio di-
citur complexè sumi, non pro solo conversionis salutaris
initio, nec absque, sed cum conversione; non tantum ra-
tione termini à quo sive Dei vocantis & beneficia summa
offerentis; sed etiam ratione termini ad quem, sive homi-
num vocatorum, oblata beneficia verā fide amplectenti-
um, sive ea fides sit ad tempus, sive ad vitæ finem perse-
verans. Qui solū admittunt vocationem DEI genera-
lem, dicuntur *κεκλημένοι* tantum; qui vero & speciali Dei
vocationi obediunt, non solū *κεκλημένοι*, sed & *κλητοί* si-
mul dicuntur. Atque vicissim horum *κεκλημένων* & simul
κλητῶν quidam sunt *πρόσωπα* Luc. VIII. 13. quidam *κλητοί*
πατέρες *αὐτῶν* Rom. VIII. 29. Illi & totaliter & finaliter
vocatione sua & gratia DEI excidunt; hi autem eti totaliter
possint deficere, tamen non finaliter gratia voca-
tionis excidunt, sed in vocatione per fidem accepta, ad fi-
nem vitæ perseverant. Hi *κλητοί* sunt *ἐπιλεγότοι*, Apoc. XVII.
14. & selectissima oves Christi, quas *πατέρες* *δύο* singularis
amoris, desiderii, delectationis & curæ affectu *καλέσ* Joh. X.
3. instaurat, stabilit, roborat, fundat 1. Petr. V. 10. ut magis
firmam faciant vocationem & electionem suam 2. Petr. I.
10. sive principium *τραπέζιον* stipulationis sua usque ad fi-
nem firmum retineant Hebr. III. 14. & deposito omni one-
re & peccato facile noxio perseveranter currant in propo-
sito

sito sibi certamine Hebr. XII. 1. Quanquam verò Scriptura discrimen inter κεληπυρία & κλητός non semper observet, uti ex Matth. XXII. 3. 14. constat: neque ista distinctione, sensu Huberi, possit admitti, quod vid. Magnif. Dn. D. Calovius Tom. I. Bibl. N. T. p. 378. a. atque Hackspanius Part. III. Not. Pbil. p. 132. tamen propterea non est prorsus rejicienda cum Theodoro Beza atque Hugone Grotio. Demonstrari enim facilè potest, ex linguae genio & Scripturæ usu, ejusmodi verbalia non æquè latè patere, & quamvis omnis κλητός sit κεληπυρίος, non tamen contra omnis κεληπυρίος est κλητός, quamvis esse & potuisse & debuisse, uti præclarè demonstrat B. Erasmus Schmid in N. T. p. 306. a. seq. B. D. Balduinus in Epist. ad Rom. p. 569. & Corn. à Lapide in Epist. Paulin. p. 29. In nostro textu Vocatio DEI specialiter & complexè sumitur; cum tam Dei ad gratiam voluntatis beniolya, quam vocatorum obedientia temporalis aut finalis innuat. Talem prædicati expositionem requirit subjecti conditio; Vocati enim hic loci non tantum sunt Apostoli, aut etiam finaliter credentes; sed in genere fideles, qui sive ex Gentibus Act. XI. 17. sive ex Judais ad Christum recens conversi, fidem æquè pretiosam ex divina ordinatione velut sorte erant adepti, 2. Petr. I. i. quibus tamen cum prava concupiscentia quotidie erat luctandum v. 4. ne oblii purgationis peccatorum jam factæ v. 9. graviter impingerent in angularem salutis lapidem, atque ita sempiternum periclitarentur v. 10. Ipsi igitur sunt tam πειρασμοὶ, quam κλητοὶ κατὰ πειρασμοῖς: vocati autem à Deo οὐδὲ δόξιν οὐδὲ δεσποτίς. Pro 219. quidam Codd. habent idem teste Calvinus in b. l. p. 404. & Hug. Grotius in b. l. Beza etiam Annot. in b. l. p. 443. a. scribit, se in quibusdam Codd. idem legisse; sed in paucis admodum, iisque dubia fidei. Hinc quoque Prosper Epist. ad Demetriad. Et contra Colla.

Collator. cap. 29. verba Graeca reddit: propriâ glorie virtute.
Cum quo Vulgatus etiam Latinus facit, verbis: *propriâ gloriâ*
& virtute. Sed ne urgeamus variantem hanc lectionem
esse recentiorem, neque Stephano aut alteri cuidam ante
Calvinum memoratam, quivis facilè animadvertit, tot præ-
stantissimorum Codd., in lectionem 21^o consentientium,
fidem, ob exiguos quosdam Codd., non esse in dubium
vocandam; multò minus cum Calvinio deserendam. Pro-
sper autem Aquitanus, ut & Beda aliique ad vocem propria
retinendam, non fontium scrutinio, sed Antiquæ Versionis
Latinae errore inducti sunt. Plus autoritatis apud corda-
tos obtinet antiquissima Translationum Syriaca, qua hic
habet, adeoque 21^o per reddit. Re-
tinet autem & hic 21^o primatiam sui significationem per
vel in: cùm vocatio non tantum medium promovenda
Dei gloriæ sit, sed & mediante gloria DEI benignitate fi-
at. Est autem δόξα à δέδοξῃ verbi δοκεω, quod notat vide-
or, puto, exultimo, atque conferri potest cum Chaldaeo-
Syriaco δόξω attendit, advertit, consideravit, speculatus
est. Significat igitur δόξα vi ieiunis originis suæ ac frequen-
tissima apud profanos, quos vocant, autores usurpationis
opinionem, famam & sententiam, eamque minus accura-
tam, certam aut veram, quam sive ipsi foremus, sive alii
de nobis aliisque habent. Ita enim cognatum τῆς διξης
definit Aristoteles Lib. III. Eth. ad Nicom. c. 2. δοξαλούσθαι
& πάντα τορπε: & Lib. VI. Eth. c. 9. δόξαν oponit τὴν θεσμην
καὶ ἐνθελλεῖ: quin disertè docet Lib. IV. Eth. cap. 9. τὰ κατὰ
δόξαν non esse κατ' αληθειαν. Plutarchus etiam in Vitis
δόξαν oponit ανεβεία, de Herodoto inquiens: ενεργεία
τοια, οὐδὲ δόξαν, διὸ μὲν ανεβεία θεσμούσθαι. At quanquam
ita δόξα veluti vocabulum medium, quemcunque rumo-
rem

δόξης:

i.

rem in vulgus sparsum in genere designet, tamen perpetuō
N. T. usu ad partem meliorem refertur, atque notat pri-
mū samam celebrem, honorem, gloriam & majestatem,
quam quidam verē, ac in seipsis habent, alii bene vel secus
meritis tribuunt. Ita in Politia tam vanam hominum
gloriam Marth. VI. 29, 1. Cor. XI. 7. 15. Galat. VI. 2, 1. Thess.
II. 6. 20. quam ipsas Magistratus politici personas, in di-
gnitate constitutas, Rāyserliche und Kōnigliche Majestät/
Chur- und Fürstliche Durchleuchtigkeit/ auch andere O-
brigkeitl. Herrlichkeit/ per *μετανυσιαν* adjuncti 2. Petr. II. 10.
denotat. In Ecclesiā peccatores, si non sui, certè DEI judi-
cio & ex rei veritate propriā justitiā ac salutis sempiternae
gloriā destituuntur Rom. III. 23. Et licet olim insignis fuit
Israelitearum gloria Rom. IX. 4. propter majestatem Aeterni
Numinis gracie apud eos præsentem, ac gloriose reluc-
centem ad Arcam foederis per responsa, Num. VII. 89. I.
Paral. XVI. 7. Psalm. CXIII. 3. in tabernaculo Mosis Exod.
XXIV. 16. XL. 34. aut templo Salomonis per nubem I. Reg.
VIII. 10. II. per tot sacrificia, quin per ipsa Scripturæ ora-
cula, innumera & magnifica prorsus miracula aliaque be-
neficia iis, præ Gentilibus, concessa. Major tamen nunc
est dilectorum DEI filiorum gloria, quam in domo gloria,
Ecclesia, Christus suis tribuit, à Patre *γεωργεύειν, ἀλλὰ διαι-*
πεστιν acceptam Joh. XVII. 22. Estulget ea non primā tan-
tum ætate N. T. in illustrissimis miraculis Marc. XVI. ult.
sed inde usque ad finem seculi, cum in clariori fidelis co-
gnitionis lumine, tūm in primis in glorioſo detore unita-
tis mystica fidelium, tam inter seſe, quam cum SS. Trini-
tate. Manet eodem electos Dei filios sempiterna vitæ
cœlestis gloria, quæ ſepius nomine *διξις* in Scriptura fi-
gnificatur Rom. II. 7. V. 2. I. Cor. XV. 43. 2. Cor. IV. 17. 1.
Thess. II. 12. 2. Tim. II. 10. 1. Petr. I. 7. V. 1. 4. 10. Apoc. XXI.

H. Quin

ii. Quin & infinita ac essentialis *DEI gloria* ac majestas
eo nomine venit s^epissimè, sive ea sit absoluta, interna &
æterna ratione ipsius *DEI*, 1. Tim. I. 17. VI. 16, sive sit re-
spectiva & vel notet ipsummet *DEUM*, gloriosè se patefa-
cientem præsentia gratosà aut operatione miraculosa Exod.
XVI. 7. 10. Lev. IX. 4. 6. 24. Ezech. I. 28. VIII. 4. IX. 3. X. 4.
sive ob potentiam, sapientiam, veracitatem, justitiam, beni-
gnitatem, aliasque virtutes, ab angelis, vel hominibus, mi-
litantis vel triumphantis Ecclæsiæ, Deo tributa ac tribuen-
da Luc. II. 14. Joh. IX. 24. Act. VII. 2. Rom. I. 23. IV. 20. 1.
Cor. X. 31. Apoc. VII. 12. XIX. I. IV. II. Confer tamen quæ
ad postremum hunc locum diligenter annotavit de voce
δόξα Magnif. Dn. D. Sebaß. Schmidt *Colleg. Bibl. poster. Loc.*
IV. Dicit. I. §. 4. p. 84. Tria, inquiens, vocabula *δόξαν*, *πνεύμα*
& *δύναμις* ita ferè distinguunt, ut *δόξα* sit gloria Majestatis
divine; *πνεύμα* honor divini cultus & adorationis; *δύναμις* vir-
tus divine omnipotentie & providentie. Add. Matthiam
Flacium Clav. *Script. in voce Laudare* fol. 528. f. Ita infi-
nitæ gloria tribuitur DEO Patri Eph. I. 17. Filio Joh. I. 14.
& Spiritui S. I. Petr. IV. 14. Sigillatim eam *gloriam*, quam
Christus ut unigenitus *DEI* filius ab æterno habuit, in tem-
pore ut homo verè accepit Joh. XVII. 5. in diebus carnis,
ministerii, in primis sui, nonnunquam fecit conspicuum.
Joh. I. 14. I. Joh. I. 1. Ita majestatica fuit doctrina ejus
Matth. VII. 29. gloriosa quoque miracula Joh. II. 12. Simi-
liter Christus in monte, ut communis fert sententia,
Tabor transfiguratus Matth. XVII. 2. accipit à DEO Patre
honorem & *δόξαν* gloriam *καὶ τὴν μεγαλοπεπτῦς δόξην εἰ.*
Petr. I. 17. ut non tantum ex corpore glorificato splendor
fulgorque insignis, per ipsas minimè diaphanas vestes re-
fulgeret, sed & à DEO Patre voce cœlitùs missa afficeretur
honore maxime glorioso verèque divino & infinito; quip-

pe qui Filio DEI æterno & Mediatori inter Deum & homines optimè conveniebat. Quin in ipso etiam Christi passione atque insimo πενθωτος και ταπεινωσθως gradu per tot miracula planè singularia emicuit Salvatoris mundi gloria Joh. XII. 23. Inde in omne ævum, eandem gloriam infinitam Christus usu pleno & nunquam cessante habet Philipp. II. 9, 10. ac demonstrabat etiam in gloriose ad inferos descensu i. Petr. III. 18, 19. victoriosa à mortuis resurrectione Act. III. 13. repetitæ in corpore glorificato Phil. III. 20. apparitione Marc. XVI. triumphali in cœlos ascensione Act. I. ad dextram μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς sessione Heb. I. 3. adeoque universali in omnes, gratiosissimo in fidèles, domino Psalm. CX. Tandem in extremo iudicio itidem ut $\tau\delta\ \alpha\tau\theta\varphi\pi\tau\sigma$ est reversurus ἐν τῇ δέξῃ αὐτοῦ Matth. XXV. 31. Tit. II. 13. Atque ita Christus, æternus DEI Filius, & omnium secundum humanam naturam hæres factus, est & dicitur ἀπάντασσα τῆς δέξης Hebr. I. 3. in primis quia est Filius DEI unigenitus & ex Patre natus ante omnia secula, DEUS de DEO, lumen de lumine, DEUS verus de DEO vero juxta Symbolum Nicenū; nec non, quia de coelo descendens gloriam & majestatem DEI Patris in sese habuit, exhibuit ac repræsentavit. Manifestavit autem non tantum ante ἐποχαστον in Ver. Test. uti ὁ Γεός τῆς δέξης Act. VII. 2. sed etiam & potissimum quidem ἐποχηστον in N. T. ubi ob vera Deitatis majestatem, in nativitate, doctrina, miraculis, vita & morte conspicuam, jure optimo ὁ θεός τῆς δέξης dici meruit i. Cor. II. 8. Quapropter Christus non tantum ut æternus DEI filius, sed etiam ut verus homo, ab Angelis & sanctis divino, eodemque cum DEO Patre cultu est affectus Jes. VI. 3. Joh. XII. 41. Apoc. V. 12, 13. à nobis nunc & in æternum afficiendus. Videatur Quid Magnus noster Chemnitius de Duabus in Christo Naturis cap. 29. B. D. Carp.

Carpzovius, *Theol. Chemnit.* p. 184. seqq. D. Feurborn, *Fascic.
III. Disp. VII.* 1b, 22. seqq. B. Schröderus *Throno* p. 322. seqq.
& Sceptro Regali Christi p. 284. - 292. ac in primis excellen-
tissime meritus Argentoratensium quondam Theologus B.
D. Dörschens Pentadecad. *Dissert. XII.* p. 385. & seqq. Ab
ea gloria divina vel humana significatione, transfertur
vox δόξα ad designandam quamvis celebritatem, lucem.,
claritatem, statum aut operationem illustrem rerum natu-
ralium, etiam inanimatarum, civilium & sacrarum. Ita
corpora cœlestia & terrestria distinctam habent δόξα, clari-
tatem, decorem, 1. Cor. XV, 40. 41. similiter regnum
mundi status illustris dicitur δόξα Matth. IV, 8. Sancti et
iam Angeli peculiarem δόξα lucem ac claritatem de se
præbuerunt nonnunquam Luc. II, 9. Apoc. XIX, 1. uti & ex-
tra ordinem excellens claritas δόξα erat luminis illius, ad
quod Saulus excoecatus atque conversus est Act. XXII, 11.
Ordinare vero in Eccl. sa ipso etiam legis doctrina habet
δόξα illustrem vim ac præstantiam omnes arguendi, con-
demndandi, occidendi 2. Cor. III, 9. multò magis Evangelii
ac justitiae Christi imputata concio abundat luce ac opera-
tione illustrissima περιπονέει τη δόξη & habet οὐαὶ βάλλοντες
δόξα 2. Cor. III, 9. 10. quæ in remissione peccatorum ac
consolatione conscientiarum luculentter conspicitur Jes. LX,
2. Atque hanc ipsam benignæ voluntatis divinæ, legalis
& in primis Evangelicæ, δόξα illustrissimam operationem
in nostro loco D. Petrus innuere videtur, quod DEUS ex
gratia sua de prædicanda ac gloriosa benignitate κατέστηκεν
φιλανθρωπia sua, per illustrissimam voluntatis suæ, in pri-
mis Evangelicæ, significationem, ac gratiosissimam legis &
Evangelii operationem nos vocaverit, idoneosque reddide-
rit ad multiplicem sapientiæ, benignitatis ac potentie sue
gloriam hic & in æternum de prædicandam. Nam præter

divinæ voluntatis benignitatem, etiam divina facultas sive
potentia, in felici vocationis nostræ successu conspicua.
aḡēm̄ns. commendatur ab Apostolo, voce *ἀγέντης*. Est autem *ἀγέντης*
ab *ἄρπει* mars, bellum, denotaque propriè ac primariò per-
ritiam & virtutem artis bellicæ; quemadmodum *ἀετός*
optimus sive præstantissimus, in primis Marte ac arte bellis-
cā dicitur, *ἀετός* ipsa fortitudo, *ἀετός* ejus præmium.
Idem monstrat vox Latinorum Ars, ex *ἀγέντη* per Syncopen
facta, uti observavit Donatus Grammaticus atque optimus
Interpres Terentij ad *Andr. Act. I. Sc. I. v. 4.* Nam & Ars
primum denotavit tantum robur, referebatur maximè ad
corpus, ac in armis spectabatur; uti & pro fortitudine bel-
lica somebatur virtutis vocabulum. Hoc autem exactè
voci *ἀγέντης* responderet, & deducitur immediatè à viribus,
maximè corporis, juxta Laftantium *Lib. de Opificio DEI cap.*
12. mediataè à viro auctoritate Ciceronis *Tuscul. quæst. Lib.*
II. T. IV. Op. p. m. 202. b, ac ultimatè à vi cum Durando,
conf. ed. Scaliger *Lib. I. Poëtices cap. XXII. ext.* Non pla-
cet igitur cum aliis accersere originem & genuinam signifi-
cationem *ἀγέντης* ab *ἀγένων*, quod *ἀγέντης* Deo, Angelis, ho-
nestisque hominibus placeat, *ἀγέντης* nō evaginos gratum & ac-
ceptum reddat, sitque idem quod *ἀγέντης* *Act. VI. 2.* aquum,
conveniens, commodum. Quæ quidem verissima sunt
ἀγέντης; elogia, sensum tamen & usum vocis non exprimunt.
1. Constat enim facilè, *ἀγέντης* primum adhiberi de robore,
virtute seu viribus corporis; ut etiam equi fortitudinem
rectissimè *ἀγέντης* vocet Homerus *Iliad. ψ.* Translata
deinceps est eadem vox ad fortitudinem animi, bellicam
in primis designandam; uti jam monstratum & satis patet
ex eodem Homeri loco & elogio *καὶ οὐσίου ἀγέντης τοῦ θίνην*. Am-
pliarunt postea istum vocis *ἀγέντης* usum Philosophi, alio-
quin propriissimè loqui amantes, atque omnem animi vir-
tutem,

tutem, naturali industria acquisitam, in compositis ad honestatem moribus conspicuam & cuicunque *natura* sive
vitio animi oppositam, dixerat. Ita accuratissi-
mam vocis simul ac rei rationem habiturus Aristoteles
Lib. II. Ethic. Nicom. cap. VII. & lib. I. *Magnorum Moral. Cap.*
IV. dicit, inquit, *εἰν τοις πραγματεύεσθαι εἰ μάρτυρις θεοῦ τῆς φειδούς* προσέμενη λόγῳ, neq; dicit *οὐ οὐδὲν* οὐδὲν. Paulo a-
liter voce *δέσποιντος* usus est *Spiritus*. Si de habitu non ho-
mīnum industria acquisitio, sed à DEO ex gratia inti-
tu Christi mediante verbo & sacramentis collato credenti-
bus. Fides enim vera διὰ τοῦ πνεύματος *Gal. V. 6.* bo-
nae voluntatis & justæ actionis genitrix, juxta D. Ambrosii
dictum in *A. C. art. XX.* pag. 181 adductum, θεοῦ δότρος exer-
cit habitus spei ac charitatis, in omnigenis operibus bonis
erga D E U M & homines conspicuitur. Hinc non tantum
mores honestos aut rectos animi habitus, nec solū
actionem vel rem laude dignam, qua singula etiam
in Gentilibus dantur, sed opera vere bona credentium vo-
cat. *δέσποιντος* D. Paulus *Phil. IV. 8.* & *S. Petrus 2. Epist. 1. p. 5.*
Quin iste *1. Petr. II. 9.* ipsi etiam DEO *δέσποιντος* quasdam tri-
buit, non sane sensu qualitatis accidentaliter substantiam
divinam perficiens, sed potius significans attributa Dei,
qua ob luminam essentia divina simplicitatem ac unita-
tem unissimam cum substantia D E I realiter identificantur,
& veniunt alias nomine sapientia, benignitas, justitia, san-
ctitatis, potentia, veritatis, allarumque virtutum, in o-
pera redēctionis & vocationis insigniter conspicuantur.
Atque hanc ipsam vocis *δέσποιντος* significationem esse in no-
stro loco existimamus; cum ob arctissimum cum modo
exposita voce *δέσποιντος* nexus, tum quod ista D E I idiomata
ad instar causa *δέσποιντος* intrinsecus moventis ac grati-
se operantis, se ferre revera habeant in vocatione credentium.

D 3

Alic-

6. Alienā prorsus est à loco nostro postrema $\delta\epsilon\sigma\tau\eta\varsigma$ significatio, qua quedam virtutem ceteroquin consequentia notat, nimirum, laudem, præstantiam, dignitatem, utilitatem; quemadmodum præstantiam ac fertilitatem regionis $\delta\epsilon\sigma\tau\eta\varsigma$ $\tilde{\chi}\omega\mu\alpha$ vocat Plato de Legibus. Tandem omnes recte pièque sentientes facile judicabunt, à Duumviris hujus seculi celeberrimis, fidissimisque Scripturæ S. Interpretibus B. D. Gerhardo atque Dn. D. Calovio, optimè observatam redditamque esse vocum $\Delta\varphi\delta\epsilon\gamma\eta\varsigma$ $\kappa\eta\delta\epsilon\sigma\tau\eta\varsigma$ hendiadyn per gloriosam DEI benignitatem, vel virtutem gratiæ & potentia divinæ.

Idem §. 7. Satis de priori commate; properandum nunc ad posterius; in quo cō faciliori opera versabimur, quod majorem lucem ea, quæ antecesserunt, afferunt sequentibus. Singula enim verba cognovimus, quibus describitur beneficiorum insignium origo divina & peculiare medium; quod tam ratione DEI donum, quam quoad fideles amator; illud gratiosa DEI vocatio; hoc fiducialis crēdētū agnitus est & dicitur. Justo ordine inter tanta beneficia nunc sequitur promissorum maximorum donatio ipsiusque natura divinæ participatio. De priori verba sunt manifesta: $\delta\dot{\iota}\dot{\iota}\dot{\nu}$ $\tau\ddot{\iota}\dot{\nu}$ $\mu\dot{\epsilon}\dot{\gamma}\dot{\iota}\dot{\mu}\dot{\iota}\dot{\nu}$ $\kappa\eta\delta\epsilon\sigma\tau\eta\varsigma$ $\tilde{\chi}\omega\mu\alpha$ $\delta\dot{\iota}\dot{\epsilon}\dot{\omega}\dot{\gamma}\dot{\eta}\dot{\alpha}\dot{\tau}\dot{\alpha}$. Ubi quā voces $\delta\dot{\iota}\dot{\iota}\dot{\nu}$ notanda primū lectione varia Codd, diversorum: Robertus Stephanus testatur, unum Codicem habere $\delta\dot{\iota}\dot{\iota}\dot{\nu}$ per quem, nempe Christum: quod nonnulli retinent, redduntque propter quem. Cū quidam Latini Codd, habeant per quem, Lorinus & Cornelius à Lap, existimant lectionem genuinam esse $\delta\dot{\iota}\dot{\iota}\dot{\nu}$: inquam consentire videtur Athanasius Orat. II. contra Arianos Tom. I. Oper. Verum lectione $\delta\dot{\iota}\dot{\iota}\dot{\nu}$ est constantissima præstantiorum Codicum Græcorum; quibus, intuitu unus alteriusque Codicis, fides minimè deroganda. Quām pro-

proclivis in errorem scriba est, diversam $\ddot{\alpha}$ & $\acute{\alpha}$, sive pronunciationem sive scriptionem negligens? Vox $\acute{\alpha}$, optimè responderet immediatè antecedentibus, & ad retinendam vocis $\ddot{\alpha}$ significationem primariam est convenientissima. Qui $\ddot{\alpha}$, vel $\acute{\alpha}$ legunt & de Christo interpretantur, finem sumnum cum subalterno, causam meritoriam & principaliter agentem cum media confundunt, voculæ $\ddot{\alpha}$ significationem properer tribuendo. Antiquissima Translatio Syriaca non legit nisi $\acute{\alpha}$, ut luculenter evincit vox

☞ $\ddot{\alpha}$ οτι τοι τοι. Sed neque Vulgata Latina in emendatissimis Codd. aliter habet, quam per quæ. Quà S. Athanasium videtur discrimen constituendum inter diversam lectionem & expositionem: Nam & venerabilis Beda istud $\ddot{\alpha}$ explicat non de immediatè antecedentibus, sed refert ad $\ddot{\alpha}$ οτι τοι τοι; inde tamen neutquam conficitur, eum & legisse, & rectè legisse $\ddot{\alpha}$ οτι τοι τοι aut $\acute{\alpha}$ per quam. Is igitur, quæ obstabant, remotis facile nunc constat, $\ddot{\alpha}$ etiam hic in significatione sui primaria ad causam medium sive instrumentalem ex parte DEI referri, atque relativum $\acute{\alpha}$ respicere immediatè antecedentia $\ddot{\alpha}$ οτι τοι τοι. Is igitur sensus, atque utriusque commatis nexus est: Cognitio DEI fiducialis & vocatio hominum gratiosa facta est per gloriosam DEI virtutem: imò per eandem benignitatem gloriosam tanta tamque preziosa promissa nobis fecit Numen in Christo gratiosum. Ipse effectus hujus gloriosæ virtutis sive promissorum maximorum donatio describitur à quantitate, qualitate ac propria sui conditione sive forma. Ubi tamen verissimum deprehendimus, tam magna esse DEI dona dilectis sui filiis jam collata, ut non possint mensurari; tam multa, ut non possint numerari; tam preziosa, ut non possit estimari; tam gratiosa, ut sufficienter non pos-

possint deprehendari. D. Petrus primū innuit quām ma-

ta uerba gna, quām multa & copiosa sint, inquiens tā uerba. Ma-

xima sunt DEI promissa efficienter, objectivē, subjectivē, formaliter, effectivē, extensivē, intensivē & comparative.

1. Non solum fidelis est, qui promisit, DEUS, sed & magnus, imo maximus in minimis, liberalissimus in promissis; misericors in omnia Pl. CXLV. 9. dives misericordia Eph. II. 4. Non solum essentia immensus 1. Reg. VIII. 27. 2. Par. VI. 18. Jobi XI. 8. 9. Jerem. XXIII. 24. Sed etiam in potentia, bonitate, sapientia, singulisq; operibus maximus, & plus quam dicere, cogitare aut intelligere potest lingua aut mens humana vel angelica Jer. X. 6. XXXII. 19. Siracid. XLII. 28. seq. Quām magnum se exhibuit in promissis exhibitisq; hujus vita beneficiis! longē majora ac digniora sunt præmia, quæ pollicitus est serio, sollicitè paravit, ac omnibus omnino hominibus, in Verbo & Sacramentis, voluntatis legalis ac evangelicæ significatione obrulit, singulisque conferre benignissimè voluit Luc. XIV. 17. Omnum igitur maxima sunt dona & promissa DEI deinceps in & cum DEO verè felicis sempiterna lātissimaque possessione Jes. XLIX. 6. Tit. II. II. Ubi DEUS velut χάρισμα donum merè gratuitum Rom. VI. 23. & διέγευσα promissum electis dabit vitam æternam, ζωὴν χαρούμενον, τὴν αὐθεντικὴν διέγοντα, καὶ δὲξανθίσιον πεποιησησθε, ut habet Irenæus Lib. I. c. 2. apud Excellentiss. Dn. D. Bebelium Antiq. Eccl. s. Evang. Sec. II. p. 306. Non est, ut prolixè memoremus, notam satis distinctionem maximorum vitæ æternæ bonorum, in privativa & positiva, hæcque externa vel interna; quæ viciissim vel in anima solum, vel in corpore simul dantur. Maxima etiam promissa ista dicuntur non tantum ratione DEI, quem non nisi magna decent, sed etiam intuitu illorum, quibus data & collata sunt. Si enī voluntatem DEI
- 3.

DEI antecedentem, eamque maximè seriam, respiciamus,
omnibus omnino hominibus ea dona vita spiritualis ac
sempiterna salutis sunt destinata, in verbo ὁρατῷ τε καὶ ἀ-
κούσῳ oblata & promissa Matth. XI. 28. seq. 1. Tim. II. 4. 2.
Petr. III. 9. nec non Act. XVII. 30. in quem locum in primis
conferri meretur Magnif. Dn. D. Sebastianus Schmidt Col-
leg. Bibl. Pos. p. 267. 275. judiciorum Viri, in his Summi, Ma-
gnif. Dn. D. Calovi Tom. I. Bibl. Illustr. N. T. p. 910. a.
Quanquam verò tanta dona omnibus parata sint, multi
tamen Diaboli suggestioni & voluntatis pravæ inclinationi
locum relinquentes Psal. V. 5. Hos. XIII. 9. indigni tantis
præmis & sunt, & tales se ostendunt; media salutis effica-
cissima contumaciter repudiando Matth. XXII. 8. XXIII. 37.
Act. XIII. 46. Quidam ἀγνοεῖ iisdem quidem verè fru-
untur, sed parcè admodum ac tantum in ἀπολογίᾳ Luc.
II. 13. Hebr. VI. 5. 6. non sunt ἐπιχωρίους ἐν ἀγάπῃ, nec ha-
bent σέργουσα τῆς πίστεως εἰς πλόον ζωοδρόμου, Matth. XXIV.
12. sed potius fidei naufragium faciunt 1. Tim. I. 19. cum
irreparabili vita ac salutis aeternæ iactura: ut gravissimo
Christi monito pauci omnino salventur Luc. XXIII. 23.
Nihilominus tamen sunt & manent maxima illa dilectio-
rum DEi filiorum promissa: non solum ratione DEi & do-
norum; sed etiam respectu electorum ipsorummet. Nam
electorum, citra comparationem cum reprobis & per se
consideratorum, omnino adhuc ingens est numerus Apoc.
VII. 4. 9. præterea etiam omnium & singulorum electo-
rum tam quā corpus & omnia ejus membra, quam quā a-
nimam & omnes ejus facultates, tanta erit dignitas, ut ma-
ximis DEi promissis respondeat exactissimè. Neque enim
vana aut inania sunt promissa DEi, sed uti πληρέως καὶ
πληυρέως facta, jurejurando DEi Hebr. VI. 13. sanguine ac
morte filii Hebr. IX. 15. atque Spiritu S. velut arrhabone.

E

Ephes.

4.

Ephes. I. 13. obsignata, ita certissima, indubitata prorsus,
fallere ac falli nescia, & ut Scriptura loquitur, *επιτυχία*
Rom. XI. 29. Efficiunt igitur, ut non nisi magna de DEO
sibi pollicentur electi, & de maximis donis olim accipien-
dis tam certi sint per spem, quam certò gaudent de jam
concessis per fidem. Est enim *πόστος*, qui vocavit nos; qui
etiam efficiet I. Thess. V. 24. stabiliet & tuebitur ab illo Ma-
llo 2. Thess. III. 3. fidus manet: negare seipsum non potest
2. Tim. II. 13. IV. 8. Conf. Disp. Magnif. Dn. D. Praesidis de-
6. *πληροφορία* Lutherana A. C. 1653, hic habita. Maxima-
quoque sunt illa promissa, quoniam maximam, nempe hic
continuam requirunt, illic continuam eternamque habent
durationem. Extendunt se ad omnes omnium statum
fideles, ad omnes verè bonas fidelium, & in primis electo-
rum, actiones, bona & dona. Quæ verè maxima intelliguntur,
si animum DEI donantis, uti in omnes omnino
homines, ita vel maximè & ratione prorsus singulari in-
suos propensissimum plè cogitent digneque extimunt elec-
ti Joh. III. 16. 1. Joh. III. 1. seq. Quomodo non etiam cum
proprio, cui non pepercit, filio suo omnia degendæ huic
& consequendæ futuræ vita necessaria nobis gratuitè do-
naret? Rom. III. 32. Nobis inquam cum D. Petro, qui fi-
dem *ισθητον* sortiti sumus: per gloriosam quippe virtutem
vocati, gratiosam vocationem promto animi obsequiò ad-
mittentes, eandemque divinæ virtute in fide retinentes.
Hi enim sunt, quibus *Uita* ista promissa DEUS fecisse di-
citur; unde qualia promissa electis DEI filiis facta sint fa-
cile intelligitur. Omne enim pretium, *num* extimum
vel valorem habent ex gratia liberalissime destinantis, pro-
mittentis ac donantis DEI Patris: ex ineffabili amore Fili-
divinogloriosos annunciantis, sanctissimâ vitâ dirissimoque
mortis suppicio, & adeò obedientiâ sive justitiâ, quam vo-
cant,

cant, activâ & passivâ promerentis, omniq[ue] hominum generi acquirentis, ac denique ex largissimo multipliciique munere Spiritus S. dona isthac divino favore destinata, fraterno amore acquisita, nunquam satis dignè ab hominibus estimata, per efficacissima media dona, ἀνθίκα καὶ εἰσπράκτα gratiosè conferentis. Quid enim amore DEI majus? quid sanguine Filii DEI pretiosius? quid gratiā Spiritus S. charius dici, cogitari aut esse potest? Maxima DEI gratia respexit summam hominum misericordiam: magnitudinem misericordia ostendit pretii à Christo soluti infinitudo: pretii infiniti dignitatem demonstrat gratia peccatores hic iustificans, illic aeternū salvans. Sanè hæc sunt verè maxima, verè pretiosissima ἐπαγγέλματα promissa ac dona, non nudis tantum verbis facta, sed ipso etiam opere partim fidelibus verè & realiter hic collata, partim citram spem ac ὁρατούμενον coram, plenè & cum immensorum bonorum cumulo electis: illic conferenda, ad fruitionem sempiternam vereque beatificam. Est verò ἐπαγγέλμα inter Scriptores S. soli Petro usu receptum, & quidem non nisi bis: semel de ipso promissionis actu sive *promissione*, quam Christus per Esaiam cap. LXV. 17. & LXVI. 22. de novissima electorum gloria fecit, repetitumque D. Petrus 2. Epist. III. 13. Ubi Hugo Grotius non tantum male legit ἐπαγγέλματα, sed etiam eam vocem inconvenienter interpretatur objective, per illa Christi promissa magna, resurrectionem corporum & vitam aeternam. Aliud esse ἐπαγγέλμα, aliud κανός γερωνός καὶ γῆς κανόνι omnibus pater: non illud, sed hoc vitam aeternam notat. In altero tamen loco D. Petrus, 2. Epist. I. 4. ἐπαγγέλματα sumit pro objecto, effectu, fructu, sive ipsis donis divinitus *promissis* præviā promissionem insecuris, præsupponentibus & includentiibus. Talem enim expositionem hic requirit prædicatum

ἐπαγγέλματα.

1.

2.

δεδώρηται. δεδώγενται: cuius significationem activam esse, ex iis satis constat, quæ supra §. 5. in hanc rem sunt allata. DEUS certè non tantum promissionem in Verbo ac Sacramentis dñnat & largitur, sed ipsa simul bona, quæ promisit: confert tamen tempore, loco & modo, qui cùm suæ sapientiæ, benignitati, veracitati ac libertati declarandæ, tūm humanae indigentia sublevandæ & saluti suorum promovendæ est convenientissimus. Neque hæc vocis ἐπαγγέλματα interpretatio repugnat lingua genio, aut Scriptura S. usui: nam ἐπαγγέλμα eadem ut originem, ita significationem habet. Aliquando sumitur formaliter pro ipsa promissione, eaque vel generali cujuscunque boni, temporalis, verè vel apparenter talis, spiritualis, coelestis aut æterni, in hoc vel altero seculo obtinendi Act. XXIII, 21. Rom. IX, 4. 2. Cor. I, 20. VII, 1. Eph. VI, 2. Interdum promissionem DEI specialem denotat de bonis tantum spiritualibus ac coelestibus in N. T. perfruendis: atque ita ἐπαγγέλμα dicuntur vaticinia Patriarcharum ac Prophetarum V. T. Act. II, 39. VII, 17. XIII, 23. 32. XXVI, 6. Rom. IV, 14. Galat. III, 18. 21. IV, 23. Evag. Λιον autem strictè sumptum infert complementum eorum, quod habemus in adventu Messia; de quo discrimine accuratissimè egit Magnif. Dn. D. Calovius Tom. I. Bibl. N. T. p. 7. b. Nonnunquam quoque ἐπαγγέλμα accipitur objective pro rebus & donis promisisse Luc. XXIV, 49. Act. I, 4. II, 33. Rom. IV, 13. 16. 20. IX, 8. 9. Gal. III, 22. IV, 28. Hebi. VI, 12. IX, 15. X, 6. XI, 13. 33. 39. 2. Petr. III, 4. 9. 1. Joh. II, 25. In quo posteriori loco digna est, qua hic referatur, observatione Magnif. Dn. D. Sebas. Schmidt Collég. Bibl. Poßter. Loc. XXVI. Diel. I. §. 5. p. 420. Ubi, inquit, ἐπαγγέλμα promisso ab Interpp. accipitur tropicè, posito actu promissionis pro objecto seu materia ejus, re promissa, q. d. Et hoc est respromissa, seu, Et hoc est id, quod promisit. Bene se babet Interpre-

terpretum hec observatio. Nam promissio sanè est b. l. id,
quod DEUS nobis promisit; sicut verba hoc sponte propinans,
hec est promissio, quam promisit nobis. Est eadem pro-
missio etiam vita aeterna: jam vero vita aeterna est res pro-
missa, non promissionis actus. Quæ singula apparet conve-
niunt nostro ex D. Petro loco: nam & hæc per vocem
επαγγέλματος intelligitur promissa vita & salus aeterna, cum
omnibus suis donis & bonis, immo cum omnibus mediis ed
ducentibus. Jam hic DEUS non solùm certissimam spem
& primitias vitæ aeternæ, à plena messe non essentialiter
diversas, nobis gratuitæ & gratiæ est largitus *δεδόρπηται*, sed
etiam liberalissimè donavit omnibus omnino hominibus
Filium suum dilectissimum, donum illud excellentissi-
mum, roties totiesque Verbis & Typis sacrificiorum, per-
sonarum, rerumque aliarum *πολυτελών* *καὶ πολυμετά* in
V. T. promissum ac in plenitudine temporis sive tempore
promissionis impleto missum, ad universi generis humani
salutem. Et si igitur etiam fideles V. T. eadem promissa
verè habuerint, & per eandem omnino fidem justi & salvi
Act. XV. 11, adeoque eorundem beneficiorum promis-
sorum, essentialiter consideratorum, participes facti sint
Hebr. XI. 6. 33, tamen non sunt adepti *επαγγέλματος* promis-
sum in carne Christum, sed tanta promissa verâ fidè exlon-
ginquo sunt conspicati *καὶ αὐτούς* per fidem persuasi & am-
plexati eadem Hebr. XI. 13. 39, Luc. X. 24. Joh. II X. 56.
Nunc autem in N. T. post *Ιησοῦ* *ἐν οὐρανῷ* *Οὐαὶ γένεται* I. Tim.
III. 16. illustriori ratione illa *επαγγέλματα* promissa accipi-
unt & possident plures per totum terrarum orbem dispersi
verè credentes fruuntur iisdem cum fidelibus V. T. bene-
ficiis, redēmptione à peccati, mortis & Satanae potestate,
amicæ cum D E O reconciliacione, gratuita peccatorum
poenarumque remissione, in filios DEI adoptione, mysticæ

cum DEO unione, illuminationis, sanctificationis ac multiplicium bonorum concessione: quæ singula nunc quidem Christi merito sunt parta; in V. T. autem erant acquirenda επαγγέλματα, utrobique tamen sunt beneficia credentibus verè collata, ob agnum DEI ab origine mundi occisum Apoc. XIII. 8. Tanta tamque pretiosa dona merito dicuntur επαγγέλματα, verè magnifica & in publicum cum insigne celebritate omnibus promissa plus quam regia: de qua verbi επαγγέλματu emphasi præter Rom. IV. 21. Gal. III. 19. 1. Tim. II. 20. Hebr. VI. 13. XI. II. Jac. II. 5. conferri meretur Henricus Stephanus in Thesauro.

§. 8. Tanta tamque pretiosa dona fidelibus collata pariter ac promissa sequitur ipsa divinæ naturæ participatio, præaque mundi concupiscentiæ averatio. Ideo enim Deus tanta nobis præstítit, ἵνα διὰ τὴν γένος θεῖας κοννοὶ φύσις. Vocem ἵνα hic esse causalem & sigillatim causam notare finalē, adeoque πάκιος pro ut, non conditionaliter, nec eventualiter, neque modaliter sumi, omnes facile intelligunt, atque concedunt. De vocibus autem διὰ τὴν jure controvertitur, an ad immediatè antecedentia; an verò ad remotoiora sint referenda? Optimè videntur cum Theandro Lutherio in Versione, acutissimo Theologo B. D. Hülfemann Breviar. Cap. III. Suppl. p. 62, & Magnif. Dn. D. Calovio in b. l. referri ad verba com. 3. πάκιος, τὰ μετὸς λόγῳ καὶ εὐρέθεαι: quod per illa, quæ ad vitam spiritualem veramque erga DEum pietatem nobis necessaria & divinitus donata sunt, participes facti sumus divinæ naturæ. Sicuti enim sine DEO & Christo in peccatis natura sumus mortui Eph. II. 1. ita per fidem Christus in nobis vivit Gal. II. 20. Deus nos uā vivificat Ephes. II. 5. participesque per hanc vitam Christi reddit divinæ naturæ: ut verè credentes gratiosa DEI præsentia gau-

gaudeant, & ad hospitem tam gratum & gratosum pecca-
tis non abigendum, veræ secundum D E U M pietati stude-
ant. Certè Christi gratiosa in fidelibus vita non ut præ-
sens tantum extrinsecus per B. O. conspicitur, sed etiam ut
gratiosè operans intrinsecus efficit & operatur, ut idem
sint & maneant divinæ naturæ participes Joh. XV. 4. 5.
Neque cum textu tantù n ac analogia fidei, sed etiam cum
Scripturæ S. usu ac utriusque lingvæ authenticæ proprie-
tate convenit ista expositio, quâ non solum relativum, sed
& demonstrativum pronomen refertur ad remotius, quod
conf. B. D. Glassius *Pbilol. Lib. III. Tr. II. Can. 20. p. 188.* (512.)
Si verò malimus cum B. Gerhardo *Comm. in b. l. p. 32.* in
eodem commate subsistere, ac τέταρτον ad immeiatè prece-
dens επαγγελματικόν referre, convenit ut non promissionis
actum, sed promissorum donorum effectum ac fructum
nomine επαγγελμάτων intelligamus. Ita satis apte artis-
simò nexus cohærent quatuor illa beneficia in Partitione
supra §. i. monstrata: nam vocationem sequitur fides, quæ
in regeneratione primū collata justitiam Christi, salu-
temque sempiternam, adeoque promissa illa bona in justi-
ficatione firmiter apprehendit ac credenti appropriat Rom.
V. 17. Gal. II. 20. unde mox Christi divinæque naturæ par-
ticipatio resultat; cùm justificationem immeiatè sequa-
tur mystica unio, corundemque bonorum communio E-
phes. III. 17. Ad verbum γένος quâ personam recte ob-
servavit Venerabilis Beda *Comm. in b. l. Tom. V. Oper. Mu-*
sat repente personam, quod non fortuitò, sed providenter a-
git. Ideo Petrus vult dicere, Dominus nobis, qui natura
Inde, qui sub lege sumus nati, qui magisteriò ipsius & cor-
poraliter imbuti, omnia divine virtutis sua secreta reseravit;
ideo nobis, suis videlicet discipulis, maxima & pretiosa Spir-
itus sui promissa donavit, ut per huc etiam vos, qui ex Gentil-
ibus

*I*bus eis, qui eum corporaliter videre negavit, divine sue
natura donaret esse particeps, nobis scilicet vos quae ab ipso
audivimus docentibus, vos per ejus mysteria consecrantibus.
Hac ille, de persona prima in secundam mox mutata re-
clissimè: divina tamen virtus non solum ad Christum, sed
totam SS. Trinitatem pertinet. Præterea uti pronomen
princeps personæ iucundus supra ter repetitum non notat solos
Iudeos, multò minus tantum Apostolos, sed omnes omnino
fideles, ex Gentilibus pariter ac Iudeis ad Christum
conversos hinc inde dispersos, nimurum ἀστηρού πέντε λαχό-
ντας: ita hic εὐάγ, quod in γένεδι continetur, non tantum
Gentiles, sed omnes verè credentes, ad quos scribit Petrus,
concernit. Ne enim tantorum promissorum fructus D.
Petro, Apostolis aliisque apud eos fidelibus existimaretur
proprius, adjecit Spiritus S. etiam eos, ad quos scribit Pe-
trus, fideles cuiuscunque sint ætatis, gentis aut reliqua con-
ditionis, modo eandem fidem verè participant, revera ad
eiusdem cum Apostolis beneficij & dignitatis consortium
pervenisse. Docet adeò, dari verè fidelium unionem &
communionem non tantum cum divina natura, sed etiam
cum aliis verè credentibus mutuam. Potest & ista perso-
na mutata ratio teneri, quod à genere ad speciem trans-
grediatur commodè ab omnibus ad eos, quos peculiariter
scripta hac epistola volebat exhortari. Quà ipsam verbi
γένεδι significationem, hic studiose tenendum est, illud
non notare simpliciter effici vel fieri, sed fieri aliud, mu-
tari, converti: minimè autem immutationem substantiæ
cujusdam inferri ut Matth. IV. 3. Joh. II. 9, sed tantum qua-
litatum aliorumque in homine accidentium; Id quod ex
antecedentibus ac consequentibus in καταθέσει mox sumus
confirmatur. Hic tantum attendatur concedaturque
multiplex verbi γένεδι significatio pro diversa contextus
ratio.

ratione, quam prolix & accurate docuit B. Erasmus Schmid
in Joh. I. 14. p. 650. a. seq.

§. 9. Arcem causæ nunc ingredimur, ductu divini
Spiritus cognituri genuinum sensum ~~osun~~^{osun} hujus argu-
menti verborum: *Jesus nouuus Quœus*. Ubi vocem *Jesus*
esse cognatum ultatissimi nominis *Iesu* cuivis patet: ex
Iesu enim sit *Jesus*, per epenthesin & pleonastici *Iesu*, poë-
ticè *Jesus*, contracte *Jesus* divinus; idem quod *deus* & *ca-
rissimus*. Sacris N. T. Scriptoribus non nisi ter in usu est: &
primum quidem ipsummet Trinunum Numen denotat
Act. XVII. 29. ubi *Jesus* substantivi naturam induit, & voci
Jesus æquipollent. Daabus reliquis vicibus adjectivum *Jesus*
adhibuit D. Petrus in nostro præsenti loco: ubi nunc ipsam
DEI essentiam denominat; quemadmodum v. 3. æterni
Numinis potentiam. Veram igitur ejus significationem
mostrat cum genuina ejus origo ac usuratio, tum no-
minis abstracti inde deducti collatio. A *Jesus* enim de-
scendit *Jesus* vox semel adhibita à D. Paulo Rom. I. 20. sa-
pius à Divis Patribus, ut & Plutarcho, Luciano aliisque.
Significat verò *Jesus* in sacris ipsam DEI essentiam ac es-
sentialia ejus attributa, id quod ipse DEUS est, & quod in
DEO absolute est, adeoque veram, infinitam & essentiale
Deitatem inferat. Respondebat igitur exactè voci etiam
moriens in sacris *Jesus* Coloss. II. 9. quam similiter Divi Pa-
tres non nisi de essentiali Deitate usurpat. Concedi in-
terim potest, quod *Jesus* ab adjektivo sive denominativo
Jesus oriunda, primariè attributa divina & connotativè *de*
de esse DEUM significet; *Jesus* autem, à substantivo *Jesus*
immediatè deducta, primariè *de* *de* sive essentialia divina
quidditatem, & connotativa attributa DEI inferat. Neuti-
quam vero concedendum est in eam Socini sententiam,
quod *Jesus* Rom. I. 20. non sit divinitas DEI, sed id quod

DEUS nos perpetuo facere vult; quod ipsum solidissime
est profligatum à Magnis. Dn. D. Calovio in Theol. Apost.
Rom. orac. XI. p. 35. 37. & Tom. II. Bibl. N. T. p. 32. a. 819. b.
Ex his nunc recte colligitur, vocem *χειρας* apud D. Petrum
non solum divinas virtutes & attributa sapientiae, sanctitatis,
justitiae, potentiae atque similia denominare, sed ipsam
etiam DEI essentiam sive Θύμον, quam gratiolose sibi præsen-
κοινωνια
tem ac mystice unitam habent vere credentes *χειρας κοινωνιοι*
Θύμοις. Descendit autem vox *κοινωνιας* immediata à *κοινων*,
in quantum istud notat primum rem pluribus commu-
nem, non vero sigillatim aliquid promiscuo omnium usui
expositum, indeque inquinatum, immundum, pollutum ac
profanum. Confirmat significationem primam hebraic-
cum כְּנָדָב collegit, concessit, congregavit, convenit: unde
כְּנָדָב congregatio, coetus, conventus apud Rabbinos; &
κοινωνιας apud Græcos deducendum videtur. In quovis enim,
maxime ordinato conventu, coetu, ac societate dantur
quædam *κοινωνια*, utpote res, operæ, jura, benevolentia mu-
tua; de quibus qui participat, is *κοινωνιας* consors, parti-
ceps, locius ac collega recte dicitur. Ex illis *κοινωνιας* inter
plures *κοινωνιας* resultat, *κοινωνια* consortium, societas, ami-
ca familiaritas, communio, socialis communicationis. Si, ut
par est, ad usum Scripturæ divinioris attendamus, nostrum
κοινωνιας adhibetur de societate civili, vel sacra, si subjectum
& objectum relpiciamus. In eadem civili societate con-
stituti pescatores *κοινωνια* labore ac laboris eventum ha-
bebant communem Luc. V. 10. detrectabant propheticae
cædis ac contracti inde reatus *κοινωνια* sive consortes fieri
Pharisæi Matth. XXIII. 30. Rerum autem sacrarum socie-
tas est præsentis vel futuri seculi. Hic optime credentes
habent socialem communicationem, cum indigna animo
constantii tolerando *κοινωνια* τὸν παθημάτων καὶ τῆς οὐδαλήσεως
2. Cor.

2. Cor. I. 7. Hebr. X. 33. tūm cultum DEI communi ministeriō promovendo. Ita in V. T. Sacerdotes & Levitæ certo tamen ordine erant κοινωνοὶ participes ejusdem ad altare oneris, muneris & honoris i. Cor. X. 18. similiter in N. T. Apostoli & Viri Apostolici κοινωνοὶ eandem in doctrina Christi propaganda operam impendunt, similemque hic & illuc remunerationem expectant 2. Cor. II. 23. Philem. vers. 17. Pessima vero vita hujus, non societas, sed colluvies est idololatrarum qui κοινωνοὶ τῶν δαιμονίων eodem servili cultu Diabolum hic afficiunt, eodem olim supplicio in æternum afficiendi i. Cor. X. 20. Eo major est felicitas vere credentium, qui non tantum hic arctiori justificæ fidei nexus ipsiusmet DEO, hospiti gratissimo, vere junguntur θεῖας κοινωνοὶ Φύσεις 2. Petr. I. 4. sed & olim summi ac incomprehensibilis boni possessione gaudentes in felicissimo seculo illo apud Dominum erunt semper i. Thess. IV. 17. τῆς μελάνης ἀποκαλύπτεσθε δόξης κοινωνοὶ i. Petr. V. 1. Hac qua nominis in Scriptura usum hic sufficiunt: rem ipsam communionis hujus animalis homo non percipit; fidèles exemplò sub, insigni cum fructu, affectu ac ineffabili gaudio experiuntur. Testantur iidem verè dictum ac elegantiſſimè descriptum esse communionis hujus mysterium i. Joh. I. 3. 6. 7. Annunciamus vobis, ut & vos κοινωνίαν communionem habeatis nobiscum: Communio autem nostra sit cum Patre & cum Filio ejus Iesu Christo. Si dixerimus, nos κοινωνίαν societatem habere cum eo, & tamen in tenebris incedimus, mentimur, nec sincere agimus. Si autem in luce ambulamus, quemadmodum ipse est in luce, tum κοινωνίαν societatem habemus cum eo mutuam. Ad quæ verba cedro aut omnium potius fidelium memoriam quam dignissima rite intelligenda multum contulit industria fidelissimi Scripturæ interpretis Dn. D. Calovii Tom.

II. Bibl. N. T. pag. 1587. b. quando inquit: *Summus & prae-*
cipuus sit effectus & fructus est tuus adventus Filius DEI,
tum preconii Evangelici novititia uera & Parvus, quia no-
vemus sumus, dicitus Propterea, 1. Petr. I. 4. unum evadimus cum
DEO 1. Cor. VI. 17. quia novititia presupponit unionem.
Vivimus in DEO vel vita, quis est ex DEO Eph. IV. 18.
Gal. II. 20. & socii evadimus DEI. Que quanta sit &
quam amabilis societas, ut omnes intelligent, exprimitur
nomine amicitiae, quod ceu magnum allegat S. Jacobus, quod
nempe Abraham amicus DEI appellatus cap. 2. 23. Que
communio, societas & amicitia infert etiam bonorum divi-
norum participationem, quemadmodum amicorum bona
sunt communia, quibus hic fruimur per fidem, olim fruemur
secundum speciem 2. Cor. V. 7. Quæ cum ab opposito ele-
gantissime illustravit, sequentia, quæ maxime hoc faciunt,
subjicit communionem etiam habemus cum ipso Christo Iesu
Filio DEI: quia unum etiam sumus quoad unionem mysti-
cam, cum Patre & Filio, ut & Spiritu S. ad coe communione
cum indivisa SS. Trinitate fruimur, ad quam etiam
humana Christi natura recepta in hypostasis Filius DEI perti-
net. Certe non donorum tantum divinorum, sed ipsius
naturæ divinæ disertam mentionem facit D. Petrus voce,
Propterea: quæ vox Sacrorum pariter ac aliorum Scriptorum
usu est ἐν τῷ πλακάῳ λεγομένῳ: ideoque eo majori dili-
gentiā hic observanda, quo graviorem gignit errorem ejus
neglectio. Notat vero in Scriptura S. non tantum natu-
ram, essentiam & constitutionem rei intrinsecam, sed etiam
naturalem proprietatem, connatam naturæ qualitatem,
propensionem, profectas inde operationes: que fiunt non
artis cultura, neque legum positivarum cura, sed sola duce
natura, aut conseruidine inde à rei primordiis recepta,
quæ velut in naturam vertit. Singula hæc manifeste con-
spici-

spiciuntur in iis, quibus Scriptura S. utitur, exemplis, tri-
buendo $\phi\sigma\nu$ non tantum plantis, brutis & hominibus, sed
& idolis ipsique vero Numini. Ita oleaster habet ramos
 $\kappa\alpha\tau\alpha\eta\pi\omega\delta\phi\phi\pi\sigma\pi$, quorum quidam solà arboris naturā
propriāque operatione propullulant, alii successu temporis
demum artis culturā oleastro inferuntur Rom. XI, 21, 24.
Certa etiam ferarum, volucrum, serpentiumque & mari-
norum datur $\phi\sigma\nu$ essentia, proprietas, ad feritatem inde
à teneris conspicua inclinatio, ad mansuetudinem reductio
inde ab origine mundi recepta, in generibus singulorum

Jacob. III. 7. Hanc Arabs eleganter vocat طَبِيعَةً à طَبِيعَةٍ
sigillavit, significavit, impressit, ab Hebreo עַבְדָּו fixus, infi-
xus, impressus fuit: Unde & Rabbini עַבְדָּו naturam, indelem
aque עַבְדָּו naturalem facultatem convenienter nomi-
nant. Significatur namque qualitas imis infixa medullis,
quam licet expellas furca, tamen usque recurret: est veluti
charaktere indelebili impressa atque munitissimè obliqua-
ta sigillo. Nihilominus longa dies homini docuit patere
leones, prævaluitque ἡ Κύρις ἀνθερωπην hominum facultas,
sagacitas, industria, longè conservudine, velut altera natu-
rā, artisque ope subnixa Jac. III. 7. quo conferti meretur
Joh. Ravisius Textor Tom. II. Officin. pag. 204. seq. Sed ea
naturalis facultas in paucis tantum hominibus arte exerci-
tatis, datur: hominibus autem omnino omnibus ac singu-
lis inde à tenerrimis sui unguiculis ipsaque conceptione
competit, præter naturam animæ ac corporis, quædam
Φύσις sive lex naturalis cordibus inscripta, firmissime insepu-
rum ac congenitum discrimen honestorum & turpium,
atque character vere indelebilis κοινῶν ἐποίει à DEO im-
pressus firmiter intellectui per modum habitus; quem pri-
ma principia nobiscum nata in cotamuni dicunt. Ita non

gōes humanarum, aut etiam divinarum per Mosen data-
rum, legum, neque sola affectuazione sive ἔθει, sed φύσει di-
vinitus insitā Gentiles, rectum rationis usum adhibentes,
fecerunt φύσει τὸν νόμον Rom. II. 14. atque quædam κα-
ρδίας καὶ φύσει αἰώνια καλά, uti habet Justinus in Colloquio
cum Tryphone. Alias iidem Gentiles, & signatim mul-
ieres in re venerea προτελέουσαι φύσην contra congenitum discri-
men honestorum & turpium, ac naturalem corporis fabri-
cam, nefanda perpetratis sceleris dicuntur Rom. I. 26. Na-
turalis autem corporis virilis constitutio φύση, ac à mul-
tis inde seculis recepta apud Corinthios conservatio, quæ
eo tempore ac loco instar legis planè naturalis invaluerat,
docebat Corinthios, non decere virum comam promissio-
rem I. Cor. XI. 14. Naturali etiam constitutioni corporis
& aliquali, vel hypotheticae legis naturalis observantie, tri-
buendum est illud Gentilium ἐν φύσει πρεπυτium Rom.
II. 27. quod nimurum Gentilis ἐν φύσει recto rationis usu
instructus, et si πρεπυτium gerat, tamen judicare, peccati
arguere ac convincere possit Judæum, si modò rationem,
rectam ducem sequatur. E contrario quemadmodum pro-
fessi erant quidem Judæi, sed non nisi ἔθει, ratione ejus-
dem in religione instituti; ita omnes in universum Israe-
litæ, etiam de Tribu Benjamin, dici possunt Judæi φύσει
Galat. II. 15. nimurum intuitu naturalis generationis, pro-
sapiæ ac affinitatis; minime gentium, quodd fœdus divi-
num Judæis φύση competit, ubi B. D. Balduinum ma-
sculè contra Crocium vindicat Magnif. Dn. D. Calovius
Tom. II. Bibl. N. T. p. 552. 4. Certè si naturalem, ut par est,
originem spectemus, omnes omnino homines, sive Israe-
litæ, sive Gentiles, Christiani, Pagani aut Judæi postmo-
dum dicantur, in iniquitatibus concepti, in peccatis na-
ti Psalm. LI. 7. Job. XIV. 4, adeoque propter illud origina-
le, &

le, & semper actuosum, peccatum verè sunt & jure dicuntur filii iræ **Φύσης**, Eph. II. 3. Ubi vox φύσει notat inde à conceptione, animæ & corpori adhærentem labem originalem, qualitatem vitiosam, & habitum P. O. σέγονι καλῶν & γίνονται inferiorē, apud omnes omnino φύλαξ homines, qui sunt caro peccatis infecta, de simili carne nati Joh. III. 5. Reddit enim τίνα θεραψία sive justissimæ gravissimæque DEI iræ obnoxios ac æternæ mortis candidatos: neque tantum λοιποὺς sive Gentiles, sed omnes omnino mortales, ὡς καὶ eadē ratione etiam Judæos, ut & hi gloriā apud DÉUM careant, & non nisi peculiariter fœdere divino ad gratiam & ζωήν perveniant. Opponitur igitur hīc **Φύσει** v. 3. natura hominum peccato prorsus infecta, & χάρακa v. 8. gratiā DÉI meritō Christi innixa fideque apprehensa: illa est corrumpens & condemnans; hac justificans & salvans. Quapropter **Φύση** non ut δόξη opinioni oppositum, tantum αληθεῖαν ή γνῶντα veram & proprietatem peccati possessionem infert, neque ut εἴδη contradicitionum creberima tantum peccata actualia negat; sed ipsam peccati originem, inde à nativitate & conceptione nostra ab utero matris arcessendam esse arguit: quo sensu peccatum originis tanquam ανέμοφυτον naturale dici posse demonstrat B. Meissnerus *Philos. sobr. P. I. Sect. III. Ques. 3.* p. m. 533. Atque ita quidem Scriptura de **Φύση** creaturis tributa intelligenda venit; cum vero Idola neque creatum neque increatum ens sint; sed in se vana & inania, mendacia & formaliter sub ratione veræ Deitatis nihil in mundo recte dicantur, 1. Cor. IX. 4. hinc istis γεοῖς λεγομένοις Scriptura **Φύση** non tam attribuit, quam veram DÉI **Φύση** denegat Gal. IV. 8. Utut enim quidam Deorum apud Gentiles veram aliquando naturam à DÉO acceperint; tamen in quantum DÉI loco habiti sint, fuerunt tantum γεοί λεγό-

λεγούσεντος I. Cor. VIII. 5. atque **φύσις** natura, attributis & o-
peribus minime tales. Soli igitur vero, in essentia uni, in
Personis Trino Numini, Jehova Elohim, D. Petrus in no-
stro loco tribuit **φίον**, eamque **Ιησούς** quo nomine non tan-
tum dona, opera aut attributa, sed ipsam quoque infinitam
DEI essentiam spiritualem, adeoque τὸν φύσει ὡντα **Ἰησοῦν** Pa-
trem, Filium & Spiritum S. intelligimus, à proprietate
litera non temere recedentes. Fit enim primum diserta
φύσις sive naturæ & essentiæ divinæ mentio: deinde et-
iam ob unitatem, simplicitatem maximam ac immutabili-
tatem omnimodam attributa ab essentia DEI non possunt
divelli: ac tandem alibi saepius Numen benignissimum
proficitur, communionem vere credentium esse cum ipso
DEO Patre, ejusque Filio Iesu Christo I. Joh. I. 3., Joh. XI. V.
23. atque Spiritu S. I. Cor. VI. 17. nec non cum sanctissima
humanæ Christi Naturæ Substantia Galat. II. 19. 20. quo fa-
ciunt similia elegantissima Joh. XV. I. 2. 4. atque Ephes.
V. 30.

§. 10. Superest igitur ut paucis contemplemur, quo-
modo D. Petrus exhortetur vere credentes divinæ partici-
pes naturæ, ad continuandam pravæ in mundo concupi-
scientiæ aversationem, verbis ἀποφεύγοντες τὴν κόσμον εἰς
ἅγιαν Θρησκίαν. Istud enim officium vel maxime decet
tantis affectos beneficiis, ut vitam vocatione suâ dignam
agant, ut filii tantò DEI amore quam diutissime & perpe-
tuuo fruantur, ut amici DEO firmiter conjuncti ac fidei per-
maneant. Fugiendus ergo mundus in maligno positus I.
Joh. V. 19. nam suâ carnis & oculorum concupiscentiâ vi-
tæque superbia I. Joh. II. 16. à DEO cælesti Patre avocat,
amatores sui inescat, inquinat, corrumpit, ac singulis gra-
tiæ simul ac gloriæ divinæ bonis indignos reddit. Non
nisi degeneres ac immorigeros se præbent filios, qui post-
habi-

habitis monitis longè saluberrimis, corruptum mundano-
rum iudicium ac exemplum præferunt, atque à pravæ qua-
vis concupiscentia datum nunquam satis lugendum refe-
runt. Rebelles DEI ac hostes sunt, qui præclarâ statione,
reliktâ, pravis cupiditatibus suis, corruptis perversorum
moris ipsiusque Satanæ operibus se mancipant. Con-
tinet verò ista pravæ concupiscentiæ fuga primum actum,
tum odjectum, à subiecto, forma & effectu descriptum.
DEI Filii ac Amici ad mundum aut Satanam transfugere
non debent, sed potius illecebras utriusque angue ac cane-
pejus celeriter, sollicitè ac continuè fugere, insidias ejus-
dem calidè feliciterque effugere, ac ad divinum in verbo
& Sacramentis præsidium, sub Christi alas, in Salvatoris
vulnera confugere tenentur, vi mandati, quod in voce Λοντόνιον
Φυγόντες continentur. Odjectum verò fugiendum est ἡ ἐν
κόσμῳ ἡ θηριουμα Φροντίδης: Subjectum peccati voluntarii sunt τῆς ἐν κόσ-
μῳ ἐν κόσμῳ, jam vero fideles non sunt de hoc mundo Joh.
XVII. 14. 16. in quantum is totus in malo positus i. Joh. II.
16. V. 19. sed Christus eos de mundo selegit Joh. XV. 19.
quapropter astante in pios odio, tam callidi, multiplicis,
ac potentis hostis insidias prudenter sine dolo erunt evitan-
da. Ita serpenti astutia columba simplicitatem acuet, & co-
lumbæ simplicitas serpenti astutiam temperabit, Gregorius
M. Lib. IV. Epist. 32. Quidam M. S. Codex habet ἡ τῆς
κόσμου non ut visibilis mundi sistema, aut hominum in-
mundo viventium cœtus & conversatio, sed ut perverso-
rum hujus seculi filiorum Luc. XVI. 8. colluvies monstrae-
tur evitanda. Est enim ea tota occupata ἡ θηριουμα, qua
voce objecti fugiendi formale describitur. Nam malos in
mundo homines eo nomine ac eatenus vitare decet, quia
& in quantum pravis indulgent concupiscentiis, ut ne in-
consortum vita suæ profligatissimæ trahant fideles, DEO

G

con-

conjunctos. Significat verò ἀπηγμα hīc quācumque o-
riginalem vel actualēm oculorum & cordis, adeoque in-
tellectus ac voluntatis cupiditatem, voluntati divinæ & le-
gi adversam, adeoque pravam ac exitiosissimam. Hinc
φθοράς ratione effecti postremō describitur, quod afferat φθορά
cortuptionem & per hanc exitium temporale & æternū.
Mentem enim rectam ac sapientem depravat ac excoecat,
voluntatem justam ac sanctam donis suis spoliat, atque ha-
bitu contrario malo errore, dubitatione, securitate, hor-
rendisque aliis malis sceleratissimè perdere satagit detestan-
da voluptas corruptissimaque cupiditas. Quæ vocum
φθορά ēt ἀπηγμα hendiadys optime potest admitti ut in
illo λόγοτ ēt ἑκάστῳ Luc. IV. 32. quo conseratur B. Glassius
Philot. Lib. III. Tr. I. Can. 9. p. 41. (405.) Non igitur est ne-
cessē, ut pro eadem obtinenda, variantem admittamus le-
ctionem illam ἀπηγμα ηγή φθοράς. Corrumpe[n]s recte,
dicitur hæc cupiditas prava cum ratione subjecti, ubi omne
donum destruit, plura mala affert, tum ratione sui, quia
ipsa pereunte mundo aut mundi filio simul interit i Joh.
II. 17, tum ratione effecti, quum æternū afferat exitium
iis, qui cause pejus ac angue illam non fugiunt, sed cupide
amplectuntur.

S. II. Hanc justam textūs Petrini ἐξήγηση jure sequi-
tur celebriorum Translationum ἐξέτασι: quæ tamen eō
brevior est futura, quo prolixiores fuimus in vero sensu
investigando, ut solidam sententię orthodoxe fundamen-
tum ponere, hæreticorum σφεβλόητα eō melius evitare,
eoque felicius confutare, adeoque eā quā licet parte, argu-
menti dignitati respondere possemus. Nanc igitur brevi-
ter tantum dispiciamus, in quam sententiam concedant
4. Εξέτασι Translationes celebriores: Antiquissima N. T. Versio Sy-
Translatio- riaca hīc in plurimis commendationem & assensum mere-
nis.

tur. Vocem sic eleganter reddit **أَنْجُون** juxta quod, se-^{a. Syriae.}

cundum quæ, postquam: minimè enim legendum **أَنْجُون**
& reddendum sicut quidem, siquidem, de quo §. 2. p. 10.
Nomini πάτητ eleganter suffixum 3, pers. πλενάζον addit;
sed οὐδὲ & αὐτὸς pessimè omittit, neque convenienter τὸ
γένος δυνάμεως ad πάτητ atque dona DEI refert cum redundan-
tia vocum **أَنْجُون**. Vox πάτητ enim
restringit τὰ οὐρανά ηγένεθεν: & γένος δύναμις infert cau-
sam principaliter hīc agentem, non effectum; notat do-
nante & donatarium, non donum aut beneficium, ut su-
pra §. 1. & 3. p. 9. & 12. f. patuit. Uti voces οὐρανόν re-
ctissime retinuit, ita ἐνοίσθια infeliciter cum **أَنْجُون**.

أَنْجُون timore DEI commutavit: pietatis enim latifun-
dium non exhaustit reverentia Numinis, potissimum apud
eos, qui plenam pietatis rationem monstraturi, amorem
DEI timori jungunt, atque timorem ad negativa, amorem
ad affirmativa præcepta referunt. Vicissim elegantissimè
verbum διδωμενόν reddit active per **أَنْجُون** dedit, do-
navit; Emphalit etiam Πιστόντως significanter expressit
per **أَنْجُون** cognitio & notitia accuratior, qualis est
eorum, quæ oculis cernimus, diligenter discernimus, quo-
ad causas antegressas, concomitantes circumstantias ac ef-
fectus futuros intelligimus. Ex Hebreo enim γένον per
أَنْجُون, atque literarum **أَنْجُون** μεταβολὴ, utramque
Syris receptissimam sit **أَنْجُون** & **أَنْجُون** novit, cogno-
vit, probeque intellexit. Reliqua commatis prioris verba
retinuit rectissimè; de suo autem voci διξε, addidit
أَنْجُون suam, nomenque δέρμας hic & vers. 5. rectè expres-
sit.

fit per Ἰωάννον præstantiam virtutis. Et equidem in
stud vocabulum generale, & ab Hebr. 13:1 deductum,
quamvis abundantiam, præstantiam & excellentiam norat,
uti & concretum ejus Ἰωάννος Matth. VI. 26. X. 31. Ubi ta-
men obtinuit, ut sigillatum ad virtutem velut rem omnium
præstantissimam designandam Syri eo utantur vocabu-
lo. Quod, præter loca jam citata, auctoritas Dionysii cu-
jusdam commentatoris in hanc Epistolam Syri, Masius at-
que Pocockii evincit. Ita enim Cl. Pocockius Notis ad
IV. Epist. p. 42. Videtur, inquit, Ἰωάννον commode
ex Syrorum usu rite dicens exprimere. Dionysius vocem i-
stam sic explicat: Ἰωάννον τὸν Ἰωάννον
τὸν δικαιονόμον τὸν προτεταγμένον
Nomen Ἰωάννον est generale omnium operum & action-
num bonarum. Nec aliter Doctiss. Masius: Ἰωάννον
& Ἰωάννον virtus, opus bonum, præcellens & laude dignum
factum. Consentit B. D. Gerhardus Comm. in II. Petr. p. 30.
46. In posteriori Commate Syriaca Translatio communi-
or priora verba, etiam δεδωέντα per σύνταξιν activè, vertit
rectissime, nisi quid nūn convertat σύνταξιν vobis, & επαγ-
γέλματα reddat Ἰωάννον cogniciones. Recte tamen vi-
detur Pocockio & B. Gerhardo esse hic scriba lapsum, atque
δι in δι mutato, legendum Ἰωάννον promissiones Hebr.
VIII, 6. Alter certe Syrus interpres επαγγέλματα optime
expressit reddendo Ἰωάννον promissiones magnificas,
vereque regias: etiam οὐαὶ melius transtulit per Ἰωάννον
preciosas, quam peryulgatus ille per Ἰωάννον honores,

con-

concretō in abstractum mutato. Optime ceteroquin
māe vertit **סְבִיר** sitis, actualem possessionem partici-
pationis divinæ naturæ innuens. In Ipsiſ etiam verbis ar-
guimenti nostri ſubſtantialibus **יְהָוָה כּוֹנֶךְ** optimè
interpretis munere functus eſt reddendo **לְפָנָיו כּוֹנֶךְ**
וְאַתָּה כּוֹנֶךְ participes naturæ divinæ. Ubi **לְפָנָיו כּוֹנֶךְ** ſocius,
amicus, consors, particeps eſt **כּוֹנֶךְ** in Paēl commu-
nicavit, conſenſit, conjunxit & associavit ſe, consors ac par-
ticipes fuſt. Vox aurem **לְפָנָיו כּוֹנֶךְ** eſt ab Hebr. **לְפָנָיו** exacteque
reſpondet Rabbinorum **עֲבָד** de quo ſupra. Reliqua etiam
commatis hujus verba, in primis **מֵאַתְּגָנָה** **פָּגָא** per
לְפָנָיו כּוֹנֶךְ corruptionem concupiſcentiarum, fi-
ve corruptibiles concupiſcentias, eleganter tranſtulit Syrus
Interpres. Vulgatus autem Latinus **as** male reddit per **B. Latina.**
quomodo, uti contra Greſerum, demonſtravit B. Gerhar-
dus in h. l. p. 25. atque Dn. D. Calovius in h. l. p. 1536. b.
Pessimè quoque **דְּבָרָנוֹת** passive tranſ fert, **donata sunt**,
merito propterea notatus ab Erasmo, B. Gerhardo, D. Ca-
lovio, Camerario, Erasmo Schmidio, Beza, ac Grotio, I-
dem vocem **מְנֻזָּה** aptius agotionem, quam cognitio-
nem reddidifuerat, de ſuo male addidit ejus, inepteque pro-
אַתָּה legens **וְאַתָּה** vertit **propriā**, cum per debuifler. Simili-
ter in posteriori commate **וְאַתָּה** male vertit per quem, ac
ſi eſſet & legiſſet **וְאַתָּה**. Bene tamen **דְּבָרָנוֹת** ſibi contrarius
reddidit **donavit**; at **אַתָּה** transferens per hoc erravit.
Pro efficiamini vel efficeremini praſtat legere ſicis: & pro
fugientes aufugientes vel elapsi, non autem ſi refugeritis.
Eundem designavit errorem in Germanica, Translatione,
Vulgatam potius, quam fontes ſecutus Joh. Emferus, ita
reddens: Nachdem alle Ding ſeiner göttlichen Kraft uns
ges
G 3

y. Germanica.
ges.

geschenkt sind. Ubi quidem bene cum B. Luthero a; ver-
tit Nachdem; Vulgati autem errore seductus, πάτερ deduc-
tione, non, ut par erat, active transtulit, male etiam πά-
τερ ad δυνάμεως retulit.

s. matthias
Jesu 1. §. 12. Quod autem *Participatio divina Natura fiat*
per & propter unionem fidelium cum DEO spiritualem, con-
firmamus ex D. Petro primū à causa nostri media, fidu-
ciali DEI agnitione: *Quic;* ad DEUM serio vocantem ac-
cedunt fiduciali agnitione, ii vere regenerantur, justifican-
tur atque cum DEO uniuntur. *Participes divinæ naturæ*
ad DEUM serio vocantem accedunt fiduciali agnitione uti
supra §. 6. p. 16. sqq. ostensum. Major autem patet ex Joh.
X. 4. 5. 14. Hebr. XI. 6. atque illo de effectibus, etiam grati-
fiosis, necessario connexis canone: *causa cause est etiam.*
Causa causati. Deinde etiam mentio fit cause medie ex
parte DEI, glorioſa benignitatis. *Participatio divinæ na-*
turæ fit per virtutem gratiæ & potentia divinæ, in signifi-
catione seria & operatione gratioſa voluntatis DEI legalis,
inprimis Evangelica: Ergo fit per justificationem eique
immediate conjunctam unionem mysticam. Major hujus
patet ex Psalm. XXXII. 5. Jes. LVII. 15. Minor probata est
§. 6. p. 23. & §. 7. p. 26. Idem demonstrat tertio emphatica
effecti descriptio, sive promissorum donorum collatio: Q.
maxima & pretiosissima DEI dona jam possidet, is non ni-
si justicā in Christum fide eadem consecratus est. Gen. XII.
3. *Particeps divinæ naturæ jam possidet maxima & pre-*
tiōsissima DEI dona, de quibus satis dictum §. 7. p. 26. 32.
Confirmatur quare ab ipsa ratione formalis participationis
quia est *nouaria* verè dicta: *vera realis proprieque dicta*
communicatio infert unionem; cùm effectus & imme-
diatum consequens arguat causam. *Participatio divinæ*
naturæ est vera, realis proprieque dicta communicatio, uti
par-

partim §. 9. p. 36. dictum, paritem inde patet, quod vere
credentes etiam hic revera *veritas* uniantur DEO
& Christo arctissime 1. Cor. VI. 17. Joh. XVII. 11 21. Idem
postremo ex opposito evincitur: Q. sejungere potest prava
mundi concupiscentia, eos oportet jam ante esse conjunc-
tos ac unitos: cum privatio praesupponat habitum. At
participes divinae naturae a DEO sejungere potest prava
mundi concupiscentia juxta §. 10. p. 40. Quapropter o-
portet eos antea esse DEO conjunctos, quod ex parte ho-
minis non nisi mediante fide in Christum justificata esse po-
test Joh. XIV. 23. Gal. II. 20.

§. 13. Ista participatio Divinae Naturae fit quoad i.
psam substantiam divinam SS. Trinitatis atque carnis Chri-
sti, ut propriori conjunctione ista adsit fidibus & electis,
quam infidelibus ac damnatis. Ubi ante omnia sumimus
pro concessio, DEUM Trinum in operibus ad regnum
non tantum potentia, sed etiam gratia pertinentibus sub-
stantiali propinquitate praesentem operari; quod B.D. Dor-
scheus Part. II. Theol. Zach. Disp. IV. §. 10. & Disp. IX. §. 8.
p. 146. 319. D. Feurbornius Tom. V. Disp. Gieles. XXIV. Joh.
II. 17. atque Dn. D. Calovius Tom. II. Syst. p. 730. & T. III.
p. 868. sufficienter demonstrarunt. Sigillatim DEI sub-
stantiam adessentiam participatione divina naturae con-
firmare dicimus disertam Petri literam, constantem & per-
petuam Scripturam sententiam, Antiquorum simul ac Re-
centiorum Ecclesiaz Doctorum consensem, egregiis Scri-
pturam ac naturam similibus illustratum. Primum D. Petri
verba talem suppeditant argumentationem: Q. divina vir-
tus non tantum omnia ad vitam spiritualem necessaria do-
nat, sed & maxima in regno gratia promissa confert, ut i-
psiis divinae *Proceritate* naturae sint confortes, apud illos divi-
na essentia non solum generaliter, sed specialiter, gratiosa
& ar-

& arctiori adessentia operatur, illis se unit ac communica-
cat. Atqui fidelibus prius competit, uti manifestum ex
textu, qui etiam Majoris connexionem elegantissimā grada-
tione suā probat: nam DEUS gratiōe vocare, fidem voca-
tis conferre, maxima fidelibus donare, atque ad ipsius di-
vina natura consortium evehere dicitur. Qualis autem
est communio, talis etiam est unio, utraque nimis mystica, ac utrinque substantiarum. Certè Sp. S. in loco Pe-
tri parallelo ac ejusdem *nostrarum* expositione diserte men-
tionem facit personarum Patris & Filii Dei i. Joh. I. 4. Un-
de rectissime non tantum opera DEI grata, sed & attributa ipsamque naturam ēn πληροειας cordis urget ad lo-
cum nostrum Theander Lutherus Tom. II. Jenens. p. p. 373.
b. sive T. II. Altenb. p. 407. Dieses ist ein solcher Spruch desz-
gleichen nicht steht im N. und A. Testament/ wiewohl es bey
den Ungläubigen ein gering Ding ist/ daß wir der göttl.
Natur selbst Gemeinschaft haben sollen. Was ist aber
Gottes Natur? Es ist ewige Wahrheit/ Gerechtigkeit/
Weisheit/ ewig Leben/ Fried/ Freud und Lust/ und was man
gut nennen kan. Wer nun Gottes Natur theilhaftig wird/
der überkompt das alles/ daß er ewig lebt/ ewigen Frieden/
Lust und Freude hat/ und langer/ gerecht und allmächtig ist
wider Teuffel/ Sünd und Todt/ & quæ sequuntur plura-
le cognitione dignissima. Accedamus vero ad alia etiam Script.
S. loca, ubi Deus dicitur non tantum ad suos venire i. e. spe-
cialiter accedere, ἀπωδος simul ac ἐπεξηκυως approximare
Gen. XVIII. 10. Exod. XIX. 9. XX. 24. & in primis Joh. XIV.
23. 26. XV. 20. XVI. 7. sed & cum suis esse simul & gratio-
lissimē operari Gen. XXXI. 42. Exod. III. 12. Judic. VI. 12. 16.
Psal. XXIII. 4. XLVI. 8. 12. XCII. 15. Matth. XVII. 20. XVIII.
18. suis peculiariter prope sive propinquus esse Psalm. XXXIV.
19. LXXV. 2. CXIX. 151. CLXV. 18. Iesa. L. 8. LV. 6. in ille
cen

ceu templo suo habitare ac manere, Num. XXXV. 34. Exod. XXIX. 45. Levit. XXVI. II. 12. Ezech. XLIII. 9. Zachar. II. 10. in primis Joh. XIV. 23. 1. Cor. III. 16. VI. 19. 2. Cor. VI. 16. nec non Rom. II. 9. II. 2. Cor. XII. 9. Eph. III. 17. 2. Tim. I. 14. Jac. IV. 5. ut unum sint in \mathfrak{E} cum ipso Joh. XVII. 21. 25. 1. Cor. VI. 17. in ipso vivant Gal. II. 20. ac ipsummet Spiritum S. non solum dona ejus accipient Joh. XV. 26. XX. 22. 1. Joh. IV. 13. unde sequens nascitur argumentatio: Qv. ad fideles peculiari ratione venit, cum illis est, prope est, in illis gratiosè operatur, ut templo suo habitat, manet ac efficit, ut unum in se sint, vivant, ipsumque accipient, is non solum quoad dona, sed etiam quoad approximationem specialiorem & substancialiæ fidelibus adest, unitur ac communicat sese. Nam prorsus temerarium videtur, tot emphatica verba ~~υπερηφάνης~~ in tot Scripturæ locis convertere tantum in ~~εργασίας~~; hic non dominetur ratio, in spiritu libus cœca; cum neque fides plene ac sufficienter modum assequi, comprehendere aut effari queat. Manet in æternum DEUS essentiæ infinitus & immensus; & tamen non damnatis, sed tantum beatis, erit omnia in omnibus, gloriose & quoad substantiam electis proprior futurus, quam reprobis 1. Cor. XV. 28. Phil. III. 21. Apoc. XXI. 23. XXII. 5. Si Adam & Eva, maritus & foemina, in legitima aut illegitima consuetudine, non tantum per affectum & caritatem mutuam, sed etiam per substantię ad substantiam propinquitatem conjuguntur, sequitur participationem divinæ naturæ non solum donorum collationem, affectuum aut voluntatum contemplationem, sed ipsarum utrinque substantiarum propiorem adessentiam inferre. Eundem enim modum unionis Christi cum fidelibus & conjunctionis maris atque foemina esse, docet Spiritus S. 1. Cor. VI. 17. Eph. V. 30. 31. De consentiente Antiquitatis venerandæ ac

recentiorum Theologia Doctorum suffragio conterri merentur B. D. Hülsemannus im Calixtinischen Gewissens-Wurm Cap. IIX. pag. 1105. - 1263. & Magnif. Du. D. Calovius Tom. II. Syst. Theol. cap. XII. quæst. 3. & T. 2. p. 516. - 521. ubi & similitudines insigniores ac duodecim adversa sententiae absurdia adducuntur.

§. 14. Ista participatio divina verè credentibus confert possessionem & usurpationem eximiorum DEI donorum, uti luminati mente, ac sanctificati corde, fidei vivificæ opera verè bona edant, imitati exemplum Patris cœlestis ac secuti ductum tam grati hospitis. Donat enim Deus hisce sua divinae naturæ consortibus omnia ad vitam & beatitudinem necessaria:hortatur etiam, ne in pravas mundi concupiscentias consentientes peccato se iniquinent, ac tantè excedant felicitate. Praetulit hic B. D. Hülsemannus Breviar. cap. XIV. Suppl. tb. 2. p. 389. Kovaria Jelaz. Quosque notat hic graciosam inhabitationem essentiae divinae in nobis, & ab ea acceptam facultatem studendi innocentis & puritatis divinae, qua de causa dicitur operari in nobis exortationem concupiscentie & corruptelarum mundanarum. Sed cum hac facile patereant, paucis rationem instituti servantes ad cœdianos nostra expositionis instituendam, & avideos contradicentium profligandam properamus.

THEISIS II.

Participatio divinae naturæ non est *per se*, neque *ovia*, aut identica species humanæ & divinæ substantiæ, sive ea in creatione primi, sive in regeneratione lapsi hominis dicatur communicata.

§. I. Dicitur *Missio* Latinis Transubstantiatio, quando una substantia in aliam substantiam convertitur; ut baculus in serpentem Exod. IV. 3. aqua in vinum Joh. II. 9. Sed *Eucœdia* est & dicitur Latinis Consubstantiatio, quando ex dua-

duabus essentiis sit una; uti essentia incompleta anima & corporis essentialiter constituit unā hominū essentiam Gen. II. 7.

§. 2. Ejusmodi unionem DEI essentialem, hominum vel omnium, vel fidelium θυσέων & μεταύτερων substantiam statuebant quidam aetate Gerlonis Seculo XV. se per contemplationem ita uniri DEO, ut re ipsa natura ipsorum in profunda abyso divinitatis submergatur, humanitas annihiletur & tota transeat in divinitatem. Etiam Michael Servetus transmutationem divinæ essentiaz in nos commentus est; in primis tamen Schwenckfeldiani hic nominandi sunt, quo videatur ipse Schwenckfeldius Tom. I. Oper. Dom eviget Wesen Gottes p. 554. 562. Tom. III. Epist. XIV. XXIX. & LXVII. p. 231. 445. 766. Eundem errorem designant Weigeliani: nam non solum unionem essentialem imperite admodum & inconstanter, vehementer tamen, urget Weigelius, sed & substantialem DEI inhabitationem omnibus hominibus tribuit, mediante creatione, qua per fidem natura in eternum inseparabilis sit ab homine. Videantur ipsa Φορμὴ αὐτοῦ Valentini Weigeli Dialogo de Christianismo p. II. 12. 13. 17. 18. 62. 76. Philosoph. Mystica P. II. p. 145. 146. 172. 188. Tabernac. Mosis Ist. d. Postilla P. I. p. 165. 33. 119. 214. 225. P. II. 14. 65. 240. 382. P. III. p. 16. Ex recentioribus Enthusias: pīs, huc pertinent Jacobus Bohmius & Joh. Theodorus Tschesch apud Davidem Guilbertum Cap. IV. sect. 12. nec non Nicolaus Tetting Anno Christi 1636. respons. ad Minist. Hamburg, Lubec, & Lunab. ausführlicher Bericht/ atque novelli Propheta in Allerhöchsten p. 30. 41. 62. 72. ut & Ezechiel Meth. cum affeclis.

§. 3. Urgetmus in contrarium tantum ex Petri loco, quod neque nostra substantia in divinam, aut divina in nostram mutetur, neque DEI hominumque substantiaz coalecant in unam, demonstrat primum genuina verbi

*zēnde expositio, quæ neutiquam h. l. admittit substantiæ immutationem. Deinde non solum fideles, sed & *h̄ta φύσις*, gemina unionis mysticæ extrema, tanquam essentialiter distincta, hic describuntur. Vox enim *κοινωνίας* utriusque DEI & fidelis veram communionem, nullius quoad essentiam immutationem, extensionem aut contractionem infert. Uti unio, ita etiam communio perficit fideles, non destruit. Essentialis *μεταφυσική φύσις* ne quidem in personali unione Christi locum habet, multò minus in mystica fidelium, quæ non tam arcta, ut personalis; et si sit intima. Quid quod per pravas cupiditates amittere possint fideles hanc communionem; eam verò quam habent essentiam, in æternum retinent. Communio ista est tantum *διάφορα* donum DEI gratuitum non personale, sed reale & sanctificans, quod conferri meretur B. D. Dorscheus *Theol. Zach.* P. II. p. 321, 329. Ergo non est ipsa DEI essentia in hominem transfusa aut conversa. Plures rationes, atque solidissimam perniciosi eroris hujus proflagationem ex instituto jam dedit Triga *Theologorum excellentissimorum* D. Theodorus Thummius *Impiet. Weigel. Errorre LXI.* p. 139. 157. B. Hülsemannus *Breviar. Theol. Cap. III. Suppl. tb. 20. Cap. XIV. b. II. pag. 61. 368. 389.* & im *Calixtinischen Gewissens Wurm Cap. VIII.* pag. 1052, seq. atque Magnif. Dn. D. Calovius *Tom. X. Syß. Theol. pag. 521. 527.**

THEISIS III.

Participatio Divinæ naturæ non est unio personalis, nec personales gignit prædicationes, sed tantum causales & metonymicas.

§. 1. Deliravit & hunc errorem cum suis Val. Weigelius P. II. Philos. Myst. p. 146. 172. 188. afferens: quod essentialis, quam vocat, communionis effectus sit, ut homo fiat DEUS & DEUS fiat homo.

§. 2. Di-

§. 2. Diversissima autem sunt, fieri *κοινωνία* *θείας Φύ-*
ων, & fieri ipsam *θείαν Φύων*, & quidem personaliter, cum
reciprocatione: cui experientia reclamat, & D. Petrus di-
fertē contrariatur, dum fideles quidem divinæ naturæ con-
sortes fieri afferit, nequitiam verò, quod & DEUS nostræ
naturæ particeps fiat, adeoque obtineat coalitio duorum
extremorum in unam hypostasin. Evidem & B. Luthe-
rus Com. in Gal. II. 20. T. VI. Altenb. p. 1625. inquit: Dass
ein Gläubiger mit Christo durch den Glauben also verbun-
den und vereinigt wird / dass auf Christo und ihm gleich als
eine Person werde/ welche sich voneinander gar nicht scheideit
und trennen lassen/ sondern Christo immerdar anhangeit und
mit aller Freudigkeit getrost sagen möge: ich bin Christus.
Sed statim addit nicht persönlich/ sondern Christi Gerech-
tigkeit / Sieg und Leben/ und alles was er hat/ ist mein eigen.
Conf. quā genuinum sēnsū propositionis hujus heroicæ,
non à quovis, temerè aut sine dexterima explicatione ad-
hibenda. D. Hülsemannum Brev. theol. cap. XIV. Suppl. tb.
II. p. 390. atque Excellentissimum Dn. D. Spenerum in Job.
I. 20. Von genauer Vereinigung Christi und eines Christen
p. 313.-373. Optimè B. D. Balth. Meissnerus oratione panegyr.
de Christiano. Ut humana & div. natura in Christo capite uni-
untur personaliter: ita in Christiania membris uniuertur spiri-
tualiter. Ut ibi assumta caro subsistit in Λόγῳ per participa-
tionem θεϊκῶν; ita hic nostra natura subsistit in Christo,
per consortium gratie & θείας Φύων. Ut ibi ex duabus na-
turis sit una persona cōfiteret: ita hic ex iudicem sit unum
compositum mysticum, daturq; arcta & mutua inter naturas
περιέχεντος vel circuminceps, uti Galatinus vertit; siquidem
ita Christus est in Christiano & Christianus in Christo, ut
semper copulati maneat, nec Christianus sine Christo vel co-
gitari saltem ad temporis momentum valeat, sed ubi Christia-
nus

nus existit, ibi Christus coexistit: Christiano viso, Christus in ipso aspicitur: Christiano loquente, Christus loquitur, patiente patitur, operante operatur. Sicut enim anima corpus vivificat, movet, vegetat, ut totum reddatur animatum; ita Christus per suam ēvōνē in habitationem gratiosam sic animat mouetq; Christianum, ut totus fiat spiritualis & nova plana creature.

THEISIS IV.

Participatio divinæ naturæ non est communicatio solorum DEI donorum sanctificantium, aut gratirosa tantum operatio spiritus S. in creditibus, aut solùm voluntatum & affectuum harmonia & contemperatio.

S. 1. In defectu hic peccant, qui sola DEI dona, in primis sanctificantia, aliquam anissimam imaginam divinæ restitutionem tantum urgent & intelligent per θεας Φύσης nouas, proprieatem divinæ substantiae apud fidèles presentiam negantes. Ita EX PONTE FICIIS Gregorius de Valentia in 3. Thome Tom. IV. Diff. VI. q. 3. p. 1908. 1036. Augustinus Steuchus Eugubinus in Ps. CXXXIX. EX CALVINIANIS ipse Calvinus in Jerem. XXIII. 13. Beza in 2. Petr. p. 443. 4. Martini Epist. 6. ad Bezam, Danicus in Orat. Domini p. 96. Pincier Tr. VI. de Sacram. l. 2. Piscator in 2. Petr. p. 19. Pistorius Retusung der 12. Versaen p. 260. Laurentius in 2. Petr. p. 19. EX SOCIONIANIS hic nominandi ipse Socinus Inflit. breviss. Rel. Chrift. p. 95. Et Smalzius Ezam. 100. error. p. 16. Refut. Smiglec. p. 44. atq; de Divin. Chrift. p. 117. ARMINIANI quoque his adiutipulantur Apolog. Cap. XXIII. p. 250. s. Episcopius Apologia contra Heidanum p. 363. Ex Juliania Academiz Doctoribus idem placuit D. Georgio Calixto Epit. Theol. Moral. p. 14. dissert. de Trinit. pag. 15. D. Hornejo de Incarnat. th. 14. atque utrique in Apolog. contra Buscherum Part. II. p. 410. quos defendere conatus est D. Frid. Ulricus Calixtus Demonstrat. p. 64.

S. 2. Sed veram ipsius θεας Φύσης nouas plus inferre doquierunt, adeoque gratissimum otium in gravissimo hoc negotio nobis fecerunt Theander Lutherus T. V. Altenb. pag. 15. b. & T. VI. pag. 750. b. B. Cheronitius de Duabus Nat. c. 26. § 31. & P. I. LL. CC.

CC. pag. 97. Ministerium Hamburg. Lubec. & Lunab. im aufführlichen Bericht von neuen Propheten §. 811. D. Thummius *Impiet.*
Weigel. p. 140. seq. B. Dorfchens *Theol. Zach.* P. II. pag. 319. & *Pentad.*
Diss. XIV. §. 57. pag. 518. Excell. Dn. D. Isaacus Faustius, Do. Patro-
nus, Praeceptor ac Studiorum meorum Promotor de me insigniter
meritus & sempiternō filialis observantia cultu prosequendus in-
Irene Sirea Part. I. Art. I. S. 107. sq. p. 42. sq. *Theologi Giessenses T.*
V. Diss. 6. & 7. *T. VII. Diss.* 24. 25. 26. D. Gerhard *T. II. Diss.* 3. con-
tra Weigel. pag. 328. D. Balduinus *Diss. pec. de Communione nostri*
cum Christo. B. Hulsemannus *Brev. extens. cap. 14.* pag. 300. - 301. *&*
Calixtinischen Gewissens. Burn. pag. 1044. seq. Dn. D. Calovius
T. II. Syst. p. 65. 66. Tom. X. Syst. Theol. pag. 506. - 551. ipsaque For-
mula Christianæ Concordie *Epi. art. III. pag. 587.*

THESES V.

PArticipatio div. naturæ non est modus præsentiaæ divi-
næ generalis, omni homini, etiam infidelis, communis.

S. 1. Huc pertinent ex Veteribus Ambrosius *Epi. 38. nov. ian.*
Iesas Φύσεως de nationalis natura dono exponens, & D. Hierony-
mus lib. 1. contra Jovinianum, per virginitatem nos divine nature
consortes fieri afferens. Ex recentioribus non tantum Weigelius
l. ad th. 2. cit. omni homini per creationem tribuit hanc participa-
tionem; sed etiam disertè Junior D. Calixtus *Demonstr.* pag. 64. 25-
seti: *Spiritu S. generali substantia præsentiaæ aquæ esse in infidelibus*
ac in fidelibus, & præsentiam in fidelibus non confidere in nova quadam
& propiore substantia divine ad fidèles approximatione.

S. 2. Verum Sp. S. hanc *noviæ ianæ* Φύσεως tantam tribuit
nisi ianæ novæ nisiv λαχέσι, quibus omnia ad vitam & pietatem do-
nata sunt, per fiduciam cognitionem; qui DEI maxima & pre-
ciosissimi promissa gratis acceperunt, nec pravis in mundo cupiditi-
bus se præbent obsequiosos. Confer autores modò laudatos.

THESIS VI.

PArticipatio div. naturæ non in altera vita tantum fu-
tura eleq̄tis est, sed jam in præsenti gratia statu verè
credentibus reip̄sa competit.

S. 1. Prius placet Socino *Animadvers. Posit. defens.* p. 136. ubi
inquit,



inquit: sumus uisitatores divine nature, vel certè aliquando futuri tales, tunc videlicet, cum beata immortalitate donabimur in resurrectione justorum, propter quam etiam filii DEI erimus. Consentit ex Calvinianis Laurentius Com. in b.l. p. 19, inquiens: Malo hic intelligere certas quasdam qualitates in Deo, puta immortalitatem, impassibilitatem & gloriam DEI. Neque enim beati in celo naturam humanam exuent & in divinam mutabunt, sed tamen corpore & anima erunt immortales, impassibles & gloriose.—In hac vita habemus promissionem, in futura demum rem promissam, hic in spe, ibi in re.

§. 2. Confundunt autem isti per fallaciam oppositorum, sensum inclusivum & exclusivum, statum rei inchoatum & consummatum. Promissa hic intelliguntur objectiva & jacti collata: fideles hujus excellentissimi doni iam ita sunt participes, ut iustus sit metus de eo per cupiditates pravas amittendo, ut non solum spe, sed ipsa etiam possessa re excedant. Conf. I. Cor. I. 9. Ephes. III. 17. 1. Joh. I. 3. 6. 7.

THESIS VII.

Participatio div. naturæ, etsi in regno gratiæ fiat, tamen non fit per vires Liberi arbitrii, neque per iustitiam DEI essentialiem, neque per charitatem ut ipsoz causam.

§. 1. Primum Salmero, medium Andreas Osiander, postremum Bellarminus tueri conatur. Sed singulos solidè confutat B. D. Gerhardus Comment. in 2. P. I. p. 42. l.

§. 2. Nos concludimus verbis Leonis M. sermon. de nativitate; Agnosce, ô Christiane, dignitatem tuam, & divina consors factus naturæ noli in veterem vilitatem degeneri conversatione recidere. Memento, cuius capitis & corporis sis membrum. Reminiscere, quia erutus de potestate tenebrarum, translatus es in DEI lumen, & regnum; per Baptismatis sacramentum Sp. S. factus es templum; noli tantum habitatorem pravis de te astibus fugare & Diaboli te iterum subjecere servituti, quia pretium tuum sanguis Christi. Τῷ δὲ δυναμένῳ φέρε πάντα ποίηται ὁπλέρ εἰς περισσότερον, ἀνατέμενον ἐν τῷ δύναμιν τῷ οὐρανῷ τῷ οὐρανῷ μένεντος εἰς ὑπῖν, Αὐτῷ ἐδόξα τὸ τῇ Εκκλησίᾳ τὸν χριστὸν Ιησού, εἰς πάντας τοὺς γενέτες τοῦ αἰώνος τῶν αἰώνων. Αμήν.

• (* *) •



Inches	1	2	3	4	5	6	7	8
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32
Blue								
Cyan								
Green								
Yellow								
Red								
Magenta								
White								
3/Color								
Black								

Farbkarte #13

B.I.G.

N. j.
THEOLOGICARUM,
DE
ΕΙΑΣ ΦΥΣΕΩΣ
PATIONE
NATURÆ
I Filiis facta,
TRI I. 4.
contra
in primis ætatis asserta,
tque
IONE PUBLICA,
ESIDE
WITTENBERGENSIS
. t.
MAGNIFICO,
lo, Excellentissimo, Amplissimoq;
R. QVENSTEDT,
usdemq; Professore Publ. insigniter
umnorum Ephoro gravissimo,
TORE AC PROMOTORE SUO
ob servantia ætatem colendo
defendenda
ab
RESPONDENTE
HAELE MERCKELIO,
toratensi,
XXXI. Die XI. Martii,
in Auditorio Majori.
IANI SCHRÖDTERI, A.T.A. 1702.

T154